 Macera per viginti quatuor horas supra cineres calidos, identidem agitando spathâ lignea; donec aqua paulò plus lentescat quàm albumen ovi. Tum trajice per linteum, & fortiter exprime.

Simili modo extrahuntur

Mugacines Lini,
 Fœnugræci,
 Cydoniorum,
 Gummi Tragacanthi.
 tum aliorum seminum, fructuum, & radicis
 Althææ sectæ priùs & elixatæ,





D E S I M P L I C I U M

P U L V E R A T I O N E E T L Æ V I G A T I O N E .

P R Æ P A R A T I O L I M A T U R Æ F E R R I .

R. Limaturæ ferri splendentis, nitidæ, & à fordibus purgatæ, quantum volueris. supra porphyritem sine aquâ lavigetur, donec redigatur in alkool.

P R Æ P A R A T I O O C U L O R U M C A N C R O R U M .

R. Lapidum Cancrorum genuinorum, quantum volueris. Aquâ fluviatili calente pluriès in die renovatâ ablue; idque per plures dies repete, donec ferè nullus in eis deprehendatur odor.

Exsiccatos tere subtilissimè in mortario ferreo vel marmoreo. Posthac supra porphyritem agita, instillando identidem aquam communem, usque dum in pulvem tenuissimam lavigentur. Effinge Trochiscos in umbrâ siccandos.

Simili modo preparabuntur

Testacea,
Coralla.

Nota. A Corallo, Magnetis ope, separandas esse ferri particulas inter pulverationem abrafas.

P R Æ P A R A T I O M A R G A R I T A R U M .

R. Margaritarum Orientalium, quantum volueris. Aquâ fluviatili calente semel, aut iterùm ablue. Exsicca. Tere, & supra porphyritem laviga.

Simili

SALUB. FACULTATIS PARIENSIS. 9

Simili modo præparatur

Succinum.

PRÆPARATIO FRAGMENTORUM LAPIDUM

PRETIOSORUM.

Fragmenta pretiosa aquâ ablue. In mortario ferreo, non verò æneo, pistillo ferreo, in pulverem crassiusculum comminue; super chartam pulverem expande, & Magnetis ope ferri particulas inter pulverationem abrafas extrahe. Tum supra porphyritem in pollinem redige, & Trochiscos effinge.

PRÆPARATIO PUTAMINUM OVORUM.

R. Putaminum Ovorum, . . . quantum volueris. Cum aquâ primùm leviter & diu conquassa: deinde aquâ plurimâ ferventi multoties elue; ita ut omnes membranulæ aquæ innatantes cum aquâ decantentur, remanentibus in fundo solis putaminibus, quæ siccata in mortario marmoreo pulverentur, dein super porphyritem lavigentur, & in Trochiscos formentur.

PRÆPARATIO ANTIMONII.

R. Antimonii Hungarici in mortario ferreo pulverati, . . . quantum volueris. Supra porphyritem leviga; dein cum aquâ multâ permisce & agita. Aquam, cum turbida fuerit, decanta, & in vase idoneo repone. Superstiti materiæ iterum aquam affunde, tere, & aquam turbidam super priorem effunde; idque toties repete, donec totam materiam alkoolisatam exhausteris. Tum aquam omnem effusam decanta, & Antimonium in fundo vasis remanens, exsicca & serva.

Simili modo præparentur

Cinnabaris,
Magnes,
Lapis Hæmatites.

PRÆPARATIO LITHARGYRI.

Lithargyrum pulveratum, cum aquâ plurimâ tere in mortario ferreo. De reliquo ad lotionem, procede ut in præparatione Antimonii.

Simili modo præparentur

Boli,
Calces,
Cretæ,
Hardefiæ,
Margæ.

PULVERATIO CORNU CERVI.

R. Cornu Cervi integrî, . . . quantum volueris.
Scobinâ derade. Scobem tere in mortario. Trajice per sericeum. Pollinem conserva.

Simili modo pulverantur

Ebur,
Cranium humanum,
Pes Alcis.

PRÆPARATIO CORNU CERVI PHILOSOPHICA.

R. Apices Cornu Cervi, . . . quot volueris.
Mitte in vas idoneum. Affunde
Aquæ communis . . . quantitatem sufficientem.
Vase ritè obturato bulliant, donec exterior pellicula scalpello facilè detrahatur, tum medulla quoque extrahatur.
Quibus demptis, apices sicca.

FŒCULA BRYONIÆ.

R. Radicis Bryoniæ recentis, . . . quantum volueris.
Quassa in mortario marmoreo. Excipe sacco cannabino. Prælo exprime. Succus in vase vitreo reponatur. Paulatim subsidet, amyli instar, fœcula, decantato liquore, in umbra exsiccanda.

Simili modo parantur

Fœculæ Ari,

Ireos, &c.

EXSICCATIO OPII.

R. Opii Thebaïci purissimi in taleolas secti, . . . quantum volueris.
Vase vitreo patulo exceptum, lenissimo Balnei Maris calore paulatim exsicca, & in pulverem redige.

Simili modo parantur

Succi Acaciæ,

Hypocistidis,

Glycyrrhiçæ.





DE SIMPLICIUM USTIONE.

ALUMINIS USTIO.

R. Aluminis crudi, quantum volueris.
Mitte in patinam ferream vel fictilem non vitratam.
Igne nudo calcina.

Vide etiam, *SPIRITUS ET PHLEGMA ALUMINIS*, in hoc Codice descripta.

PLUMBI CALCINATIO, unde CALX PLUMBI.

R. Plumbi crudi, libram unam.
Inde patellæ terræ non vitratæ. Patellam pone super carbonibus accensis, ut plumbum liquefiat. Rudiculâ agita, abibit in pulverem subnigrum, & erit plumbumustum. Si continuetur ignis, pulvis evadet flavus.

SPONGIÆ USTIO.

R. Spongiæ nondùm in usum vocatæ, in clibano exsiccatæ, & ab arenulis repurgatæ quantum volueris.

Crema igne aperto per horam in ollâ fictili coopertâ non vitratâ. Pulvera, & serva.

Non absimili modo uruntur

Pili Leporis,
Pila marina,
Hirundines,
Bufones,
Cancri fluviales,
Talpæ,
Erinacei,
Limaces.

SPODIUM, SIVE EBUR AD ALBEDINEM
CALCINATUM.

R. Eboris frustula, quot volueris.
Mitte in ollam fictilem non vitratam. Combure ad
albedinem igne reverberii. Tere in mortario marmoreo, &
super porphyritem leviga, instillando aquam, & inde
formentur Trochisci.

Simili modo parari possunt.

Cornu Cervi,
Cranium humanum &
alia ossa animalium.

PRÆPARATIO LAPIDIS CALAMINARIS.

R. Lapidis Calaminaris electi, . . . quantum volueris.
Candescat inter prunas. Aquâ communi extingue.
Semel atque iterum id repete. Posthac supra porphyritem
leviga cum aquâ.

Simili modo parari potest

Lapis Judaïcus,
Armenus,
Lyncis vel Belemnites;
Tuthia,
Pumex,
CrySTALLUS,
Silex.

TORREFACTIO RHEI.

R. Rhei electi pulverati, . . . quantum volueris.
Mitte in patinam argenteam vel ferream. Impone
igni moderato, continuo spathâ movendo, donec fuscum
colorem acquisiverit. Serva ad usum.

Simili modo torrefiunt

Myrobalani, &c.

Bijj.

COCTIO SCYLLÆ.

R. Scyllas recentes, ablatis corticulis exterioribus & radicibus, quot volueris. Singulas, farinâ, aquâ subactâ involve, deinde in clibano coquantur, donec festucâ penetrari possint. Tum singularum squammæ crustâ nudatæ, demptis membranulis, pinsentur, & per setaceum trajiciantur.

SCYLLÆ EXSICCATIO.

R. Squammas Scyllæ, eas nempè quæ mediæ sunt corticem inter & medullium. Filo trajice à se invicem discretas. Tum in umbrâ exsiccentur.


DECREPITATIO SALIS.

R. Salis marini, quantum volueris. Projice pèr vices in ollam fictilem non vitratam, candentem, vase cooperto. Fiat Decrepitatio.

SPONGIA PRÆPARATA.

R. Spongiæ substantiæ tenuis, vulgò *Eponge fine*, exsiccatæ, & ab arenulis repurgatæ, quantum volueris. Cera flavæ liquefactæ immerge, & prælo fortiter exprime. Frigefactam exime.





COMPOSITIONES GALENICÆ.

DECOCTA PRO POTU.

DECOCTUM HORDEI.

R. Hordei integri, leviter linteo duriore confrikti & loti, uncias duas.
Coque ad Hordei crepaturam in
Aquæ communis, sufficienti quantitate
ad libras octo.
Decanta.

PTISANA COMMUNIS.

R. Hordei confrikti & loti, uncias duas.
Radici Graminis purgatæ & obtritæ, unciam unam.
Coque in
Aquæ communis sufficienti quantitate
ad libras octo.
sub finem adde
Glycyrrhiæ rasæ & contusæ, semi unciam.
Quâ injectâ, statim vas remove ab igne. Decoctum refrigeratum cola.

DECOCTUM PECTORALE.

R. Orizæ mundatæ & lotæ, uncias duas.
Coque ad Orizæ crepaturam in
Aquæ communis, sufficienti quantitate
ad libras octo.

Decoctum fervens remove ab igne. Infunde illicò per horæ quadrantem

Glycyrrhiſæ raſæ & contuſæ, . . .	} ana ſemi unciam.
Radicis Althææ, . . .	
Foliorum Capillorum Veneris Canadenſium, . . .	drachmas duas.
Florum Papaveris Rhœados, . . .	drachmam unam.
Tuffilaginis, . . .	drachmas duas.

Decanta.

DECOCTUM APERIENS.

R. Radicum Graminis, }
 Fragariæ, } ana ſemi unciam,
 Taraxaci, }
 Oxalidis, }

Coque in

Aquæ communis,	libris quinque
ad	libras quatuor.

ſub finem adde

Glycyrrhiſæ raſæ & contuſæ, . . .	drachmas duas.
Decanta, & diſſolve	
Nitri depurati,	drachmam unam.

DECOCTUM RUBRUM APERIENS.

R. Radicum Fragariæ, }
 Taraxaci, } ana ſemi unciam,
 Eryngii, }
 Oxalidis, }
 Cichorii ſylveſtris, }
 Rubiæ Tinctorum, }

Bulliant in

Aquæ communis,	libris decem
ad	libras octo.

Tunc adde

Foliorum Borruginis,	} ana unciam unam.
Bugloſi,	
Scolopendrii,	
Agrimonii,	
Urticæ albæ,	

Remove

Remove ab igne, infunde per horæ quadrantem. Decanta.

DECOCTUM ASTRINGENS.

R. Rafuræ Cornu Cervi, . . . } ana semi unciam.
 Eboris, . . . }
 Coque per horam in vase clauso cum
 Aquæ communis, . . . sufficienti quantitate.
 Tum adde
 Orizæ lotæ, . . . drachmas tres.
 Radicum siccatarum & contusarum,
 Tormentillæ, . . . } ana drachmam unam.
 Bistortæ, . . . }
 Bulliant iterum per horæ quadrantem, ita ut coctione
 peractâ, supersint . . . libræ quatuor.
 Tunc infunde
 Glycyrrhiæ rasæ & contusæ, . . . drachmam unam.
 Cola.

DECOCTUM ALBUM.

R. Cornu Cervi ad albedinem calcinati, & supra por-
 phyritem levigati, . . . semi unciam.
 Micæ panis albissimi, . . . uncias duas.
 Coque leviter in
 Aquæ communis, . . . libris sex.
 Cola & edulca
 Sacchari albissimi, . . . quantitate sufficienti.
 Adde si libuerit
 Aquæ Naphæ vel
 Cinnamomi hordeatæ, . . . drachmas duas.

DECOCTUM SUDORIFERUM.

R. Ligni sancti in scobem redacti, unciam unam & semis.
 Radicum Chinæ per taleolas
 incisæ, . . . } ana uncias duas.
 Salsæparillæ minutim
 sectæ, . . . }

C

Macera calidè in vase terreo vitrato clauso per viginti quatuor horas in

Aquæ communis, libris octo.
 Dein coque ad libras sex.
 Sub finem adde
 Rasuræ Ligni Sassafras, . . . drachmas tres.
 Glycyrrhiæ rasæ & contusæ, . . . femi unciam.

Cola.

DECOCTUM ANTI-VENEREUM LAXANS.

R. Rasuræ Ligni Guaiaci, . . . }
 Radicis Salsæparillæ minutim } ana unciam unam.
 sectæ, }
 Chinæ per talcolas }
 incisæ, }
 Polypodii Querni contusi, uncias duas.
 Foliorum Orientalium, femi unciam.
 Rhei electi crassiusculè contusi, . . . drachmas duas.
 Salis Tartari, femi drachmam.

Macerentur per viginti quatuor horas in

Aquæ communis, libris octo.
 in vase terreo vitrato.

Deinde suspensis in medio liquore

Antimonii crassiusculè triti, & in nodulo
 inclusi unciis quatuor.

Bulliant omnia, & coquantur ad quartæ partis diminutionem. Sub finem infunde

Rasuræ Ligni Sassafras . . . }
 Glycyrrhiæ rasæ & contusæ . . . } ana femi unciam.
 Seminis Coriandri, drachmas duas.

Decoctum refrigeratum per inclinationem effundatur & fervetur ad usum.

DECOCTUM AMARUM.

R. Radicis Gentianæ in taleolas sectæ, drachmas duas.
 Bulliant per horæ femi quadrantem in
 Aquæ communis, libris quatuor.

Tum adde

Summitatum Centaurii minoris, . . .	} ana drachmas duas.
Cardui benedicti, . . .	
Scordii siccatarum, . . .	
Flavedinis Corticum Citrei, re-	}
centis, . . .	

Vase ab igne remoto & cooperto infundantur donec refrigerent. Decanta.

DECOCTUM ANTISCORBUTICUM.

R. Radicum Bardanæ, } ana unciam unam.
 Oxylapathi, }

Coquantur in

Aquæ communis, libris quinque.

ad libras quatuor.

Tum decocto ab igne remoto adde

Radice Raphani rusticani minutim concisæ,

. unciam unam,

Foliorum recentium incisorum

Becabungæ,

Barbareæ,

Cochleariæ,

Nasturtii aquatici,

Trifolii fibrini,

} ana unciam unam.

Vas quod terreum vitratum esse debet, accuratè obturetur, donec liquor prorsùs refrigeratus sit. Percolato liquori affundatur

Succus Mali citrei unius, & idem Malum citreum frustulatum sectum in Decocto immergatur. Serva ad usum.

DECOCTUM FEBRIFUGUM.

R. Corticis Peruviani crassiusculè triti, . . . unciam unam.
 Nitri depurati, semi drachmam.
 Salis Absinthii, scrupulum unum.

Bulliant in

Aquæ communis, libris tribus

ad tertiæ partis consumptionem. Decoctum adhuc fervidum cola.

C ij

DECOCTUM AROMATICUM
PRO FOTU.

℞. Summitatum Rorismarini, . . . }
 Rutæ, . . . }
 Salviæ, . . . }
 Hyssopi, . . . }
 Lavandulæ, . . }
 Absinthii . . . }
 Origani, . . . } ana drachmas duas.
 Thymi, . . . }
 Foliorum Lauri, }
 Florum Rosarum rubrarum, }
 Chamæmeli, . . . }
 Meliloti, }
 Sambuci, }
 Salis Ammoniaci, }
 Aquæ communis ferventis, . . . : libras quinque.
 Bulliant leviter vase clauso. Cola & ferva.



Foliorum Agrimonii recentium, . . . unciam unam.
 vel ficcatorum, . . . drachmas duas.
 Leviter bulliant. Cola pro uno Clystere.

DECOCTUM ASTRINGENS.

R. Foliorum recentium Verbasci,
 Argentina, . . . } ana unciam
 Plantaginis, . . . } unam.
 Bursa Pastoris,
 Centinodia, . . . }
 vel eorundem ficcatorum, . . . drachmas duas.
 Coque leviter in
 Aquæ communis, . . . sufficienti quantitate
 pro uno Clystere. Cola.

DECOCTUM REFRIGERANS.

R. Radicis Nymphaeæ in taleolas sectæ, . . . femi unciam.
 Foliorum Lactucae,
 Portulacæ, } ana unciam unam.
 Endiviæ,
 Coque in
 Aquæ communis, . . . sufficienti quantitate
 pro uno Clystere. Cola.





VINA MEDICATA.

VINUM ABSINTHITES.

R. Summitatum floridarum siccarum Absinthii utriusque mundatarum & incisarum, ana libras quatuor.
Immitte in doliolum centum librarum capax.
Impleatur doliolum musto recenter expresso. Repone in cellâ vinariâ ad fermentationem. Hâc peractâ liquorem decapula, & in vasis diligenter obturatis serua.

Simili modo parari possunt

Alia Vina Medicata ex Vegetabilibus.

VINUM ABSINTHITES

QUOVIS TEMPORE PARABILE.

R. Foliorum exsiccatorem utriusque Absinthii, ana drachmas sex.
Affunde
Vini albi, libras quatuor.
Macerata frigidè in matratio per viginti quatuor horas.
Cola cum expressione, & filtra.

VINUM ENULATUM.

R. Radicis Enulæ campanæ siccae & crassiusculè tritæ, unciam unam.
Vini albi, libras duas.
Infunde per aliquot dies, identidem agitando. Serua cum fœcibus.

VINUM FEBRIFUGUM.

R. Corticis Peruviani pulverati, uncias duas.
Vini rubri generosi, libras tres.
Macerentur saltem per hebdomadam in vase vitreo ritè

24 CODEX MEDICAMENTARIUS
 obturato, vas identidem agitando. Filtretur liquor usûs
 tempore.

VINUM ANTI-SCORBUTICUM.

R. Radicum minutim recentium concisarum
 Raphani rusticani, . . . unciam unam.
 Ireos Florentinæ, . . . drachmas duas.

Foliorum recentium incisorum,
 Trifolii fibrini, . . .
 Nasturtii aquatici, . . .
 Becabungæ, . . .
 Lepidii, . . .
 Cochleariæ, . . .
 Alliariæ, . . . } ana unciam
 unam.

Infunde per viginti quatuor horas vase accuratè clauso
 in
 Vini albi, libris quatuor,
 Filtra.

VINUM CHALYBEATUM.

R. Limaturæ ferri nullomodo rubiginosi, unciam unam.
 Vini albi generosi, libras duas.
 Digerantur simul, in loco calido, in vase vitreo fatis ca-
 paci, per quinque sexve dies sæpiùs agitando. Dein requies-
 cant viginti quatuor horis. Supernatans Vinum filtretur,
 Et vase clauso servetur ad usum.

VINUM EMETICUM.

R. Croci Metallorum crassiusculè triti, uncias quatuor.
 Vini albi optimi, libras duas.
 Infunde, & serva.

VINUM

VINUM AROMATICUM
PRO FOTU.

Rx. Species Decocti Aromatici superius descriptas.
Infunde per aliquot dies in
Vini rubri generosi, libris quinque.
Cola.

VINUM ASTRINGENS
PRO FOTU.

Rx. Florum Rosarum rubrarum, }
Corticum granatorum, . . . } ana drachmas duas.
Balauftiorum, }
Fructuum Sumach, }
Aluminis rupei pulverati, . . . drachmam unam.
Vini rubri, libras duas.

Incisis incidendis, digerantur simul in loco calido per tres
quatuorve dies, vase clauso. Cola cum expressione, &
adde

Aquæ vulnerariæ, uncias tres.

Filtra.



ACETA MEDICATA.

ACETUM ROSACEUM.

R. Rosarum rubrarum semi expansarum, sereno tempore collectarum, & demptis calicibus, per triduum in umbrâ exsiccatarum, semi libram.

Aceti optimi, libras octo.

Insolentur per dies quindecim in vase vitreo ritè obturato. Acetum cola, exprime fortiter, filtra & serua.

Simili modo parentur

Aceta florum Calendulæ,
Caryophyllorum,
Rorismarini,
Salviæ,
Sambuci,
Dracunculi hortensis.

ACETUM SCYLLITICUM.

R. Squammarum Scyllæ albæ, earum nempe, quæ sunt corticem inter & meditullium, filo trajectarum, & in umbrâ per quadraginta dies siccatarum, . . unciâs octo.

Contundantur pistillo ligneo. Mittantur in lagenam, superaffusis

Aceti optimi, libris sex.

Vas ritè obturatum expone æstivo tempore radiis solaribus per quadraginta dies. Posthac cola. Prælo exprime, Acetumque à fœcibus residendo expurgatum serua.

A C E T U M T H E R I A C A L E.

R. Specierum Aquæ Theriacalis in hoc Codice descri-
pta, uncias octo.
Fiat maceratio in loco calido, vel insolatio per men-
sem in

Aceti optimi, libris octo.
Cola & exprime fortiter. In expresso solve
Theriaca, uncias octo.
Macerata per mensem in loco calido. Cola iterum & serva.

A C E T U M P R O P H Y L A C T I C U M,
vulgò *des quatre Voleurs.*

R. Summitatum recentium
Abfinthii majoris, }
 minoris, }
Rorismarini, . . . } ana unciam unam
Salviæ, } & semis.
Menthæ, }
Rutæ, }
Florum Lavandulæ ficcatorum, uncias duas.
Allii, drachmas duas.
Calami Aromatici, }
Cinnamomi, } ana drachmas duas.
Caryophyllorum, }
Nucis Moschatæ, }
Aceti optimi, libras octo.
Macerata calore Solis vel igne arenæ in matraccio ritè ob-
turato per duodecim dies. Cola. Exprime fortiter, & filtra.
Tum adde
Camphoræ spiritu vini solutæ, femi unciam.



M E L L I T A.

M E L D E S P U M A T U M.

R/. Mellis optimi, quantum volueris.
Liqua Balneo Maris. Despuma, & serua.

H Y D R O M E L S I M P L E X.

R/. Mellis Narbonensis, unciam unam & semis.
Dissolve in
Aqua pura, libris duabus.

H Y D R O M E L V I N O S U M.

R/. Mellis albi exquisiti, libras quinque.
Aqua communis, libras viginti quinque.
Bulliant simul igne lento, semper despumando, donec
ovum recens crudum, injectum supernatet : liquor postea
quiete depuratus, doliolo exceptus ad fermentandum repo-
natur, usquedum odorem vinosum acquisiverit. Tum li-
quorem decapula & serua.

O X Y M E L S I M P L E X.

R/. Mellis Narbonensis, libram unam.
Aceti vini albi, semi libram.
Coque igne lento in vase fictili ad Syrupi consistentiam.

O X Y M E L S C Y L L I T I C U M.

R/. Mellis despumati, libras quatuor.
Aceti scyllitici, libras dua:
Coque ut supra.

MEL NENUPHARINUM.

R/. Florum Nymphææ integrorum, } ana libras
 Aquæ communis, } duodecim.
 Fervefiant ad florum coctionem. Fiat colatura sine ex-
 pressionem. Dissolve
 Mellis optimi, libras duodecim.
 Trajice per manicam : coque in consistentiam Mellis.

MEL ROSATUM SIVE RHODOMEL.

R/. Florum Rosarum rubrarum, exsiccatorem, . . .
 semi libram.
 Infunde per horas duodecim in
 Aquæ calidæ, libris sex.
 Exprime fortiter. Colato adjice
 Mellis optimi, libras quatuor.
 Clarifica ex ovi albumine. Cola, & in Syrupi consisten-
 tiam redige.

MEL VIOLATUM.

R/. Florum Violarum recentium, integrorum, . . .
 libram unam.
 Macera per duodecim horas in
 Aquæ calidæ, libris octo.
 Cola, & exprime. Expresso adde
 Mellis optimi, libras quatuor.
 Coque despumando ad Syrupi consistentiam.

MEL MERCURIALE.

R/. Succu Mercurialis, } ana libras quatuor.
 Mellis optimi, }
 Misce, coque, despuma, & in Syrupi consistentiam
 redige.

D iij

MEL ANTHOSATUM.

R/. Florum Rorismarini recentium integrorum, . . .
 uncias octo.
 Adde
 Mellis despumati calentis, . libram unam & semis.
 Post dierum quindecim insolationem, calefiant Balneo Ma-
 ris, & colentur cum expressione.

MEL CUCUMERINUM.

R/. Fructuum Cucumeris agrestis ad maturitatem ver-
 gentium, libram unam.
 In mortario marmoreo ex arte subigantur cum
 Mellis flavescens exquisiti, libris duabus,
 ut fiat massa, quæ linteo mundo commissa, in cellam vi-
 nariam transferatur ad colliquationem. Liquor inde ma-
 nans ad debitam spissitudinem Balneo Maris vaporet.

EMULSIO.

R/. Quatuor Seminum frigidorum majorum mundato-
 rum, drachmas quatuor.
 Papaveris albi, } ana drachmam
 Lactucæ, . . . } unam.
 Amygdalas dulces excorticatas, . . numero quatuor.
 Contunde in mortario marmoreo pistillo ligneo, instillan-
 do primùm aquæ limpidæ paucillùm; tum exquisitè sub-
 actis sensim affunde
 Aquæ communis, libras duas
 Cola & edulca
 Sacchari candi, drachmis sex,
 vel Syrupi Nymphææ, unciâ unâ.
 Adde, si lubet
 Aquæ Naphæ, semi unciam.

•••••

S Y R U P I.

SYRUPI SIMPLICES ALTERANTES.

SYRUPUS VIOLACEUS.

R. Florum Violarum recentium, mundatorum, . . .
 libras quatuor.
 Ponantur in vas stanneum capax & profundum. Super-
 affunde

Aquæ ferventis, libras octo.
 Coopertum vas Balneo Maris tepido detineatur per duo-
 decim horas. Cola, & fortiter exprime. Per residentiam
 infusum defœcatum decantetur.

Huic, vase stanneo, excepto adde

Sacchari, : duplum.

Fiat Syrupus Balneo Maris.

Simili modo parabuntur

Syrupi Florum Caprifolii,
 Papaveris Rhœados,
 Tunicæ, seu Caryophyllorum, &c.

SYRUPUS ROSARUM SICCARUM.

R. Rosarum rubrarum exungulatarum desiccatarum,
 semi libram.
 Superaffunde

Aquæ communis bullientis, libras quatuor.
 Macera per duodecim horas supra cineres calidos.

Fiat colatura cum expressione; per residentiam infusum
 defœcetur & decantetur. Tum dissolve

Sacchari optimi, libram unam
 pro singulis infusi libris; & Balneo Maris inspissa in Syrupum.

SYRUPUS DE NYMPHÆA.

R. Florum Nymphææ albæ mundatorum, id est rejectâ virente & herbaceâ flavâque parte, ab aliquot diebus marcescentium, libras duas.
 Infunde per duodecim horas in
 Aquæ communis ferventis circiter, . . . libris quinque.
 Colatura leviter expressâ clarificetur cum Sacchari tantumdem. Coque in Syrupum.

SYRUPUS DE TUSSILAGINE.

R. Florum Tussilaginis recentium cum pediculis, libram unam.
 Infunde in vase clauso Balneo Maris per sex horas in
 Aquæ purissimæ ferventis, libris tribus.
 Coletur cum expressione, & clarificetur infusum cum
 Sacchari, libris duabus & semis.
 Fiat Syrupus secundum Artem.

SYRUPUS CAPILLORUM VENERIS.

R. Capillorum Veneris Canadensium, . . unciâs duas.
 Infundantur per duas horas in
 Aquæ bullientis, libris sex.
 Colatura clarificetur cum
 Sacchari albi, libris sex.
 Coque ad Electuarii consistentiam. Adde
 Novam infusionem, vase clauso Balneo Maris, paratam ex
 Capillorum Veneris, semi unciâ.
 Aquæ bullientis, unciis quatuordecim,
 ut fiat Syrupus, aquâ Naphæ, si lubet, aromatizandus.
Simili modo parabitur Syrupus
 Foliorum ficcatorum Roris Solis.

SYRUPUS

SYRUPUS DE MENTHA.

R. Summitatum Menthæ crispæ mediocriter exsiccatarum, uncias duas.
 Aquæ Menthæ distillatæ, libras duas.
 Macerentur Balneo Maris per octo horas in vase clauso.
 Colatura defœcata coquatur in Syrupum cum
 Sacchari albi, libris duabus,
Simili modo parabuntur in propriis aquis
 Syrupi de Arthemisiâ,
 Betonicâ,
 Erysimò,
 Hederâ terrestri,
 Hyssopo,
 Melissâ,
 Millefolio,
 Myrtho,
 Prassio,
 Scordio,
 Stœchade.

SYRUPUS DE ABSYNTHIO.

R. Absynthii utriusque in umbrâ exsiccati, ana uncias tres.
 Superaffunde
 Aquæ Absynthii distillatæ, libras quatuor.
 Stent Balneo Maris per duodecim horas in vase clauso.
 Cola, & cum
 Sacchari, libris quatuor
 Clarifica, & coque in Syrupum.

SYRUPUS DE FUMARIA.

R. Succi Fumariæ per ebullitionem defœcati, libras tres.
 Sacchari albi, libras duas.
 Coque in Syrupum.

E

34. CODEX MEDICAMENTARIUS 3

Simili modo conficitur

Syrupus de Apio ,

Borragine ,

Buglossò ,

Cichorio ,

Urticâ minore.

SYRUPUS DE COCHLEARIA.

R/. Succi Cochleariæ per residentiam , & philtrum defœcati , . . . quantum volueris.
 Mitte in matratium. Dissolve sensim agitando, calore Balnei Maris lenissimo
 Sacchari albissimi . . . sufficientem quantitatem ad Syrupi consistentiam.

Simili modo parantur

Syrupi de Nasturtio ,

Beccabungâ.

SYRUPUS DE LIMONIBUS.

R/. Succi Limonum recentium expressi , & arte defœcati , . . . quantum volueris.
 Sacchari albissimi , . . . duplum.
 In vase terreo vel vitreo fiat Balneo Maris Syrupus.

Simili modo parantur

Syrupi de Acetosâ ,

Acetositate Citrei ,

Aceto Vini ,

Agrestâ ,

Berberis ,

Cerasis ,

Cydoniis ,

Granatis ,

Oxytriphyllo ,

Pomis ,

Ribesii ,

Tribus Fructibus.

SALUB. FACULTATIS PARISIENSIS. 35

Nota. Succos Berberis, Granatorum & Cydoniorum,
 minori indigere Sacchari quantitate.

SYRUPUS DE ALTHÆA.

R. Radicum Althææ recentium, mundatarum in orbicu-
 los sectarum, uncias sex.
 Coque leviter in
 Aquæ communis, libris octo.
 Cola. Adde
 Sacchari, libras sex.
 Clarifica subinde, & coque in Syrupum.
Non absimili modo parari possunt
 Syrupi de Cynoglossò cum foliis,
 Napis,
 Symphyto.

SYRUPUS DE PAPAVERE ALBO,
 vulgò DIACODIUM.

R. Caput Papaveris albi maturorum, siccatorum, ab-
 jectis feminibus, libram unam.
 Aquâ frigidâ primùm ablue, conscinde minutim, dein
 coque ad mollitiem in
 Aquæ purissimæ, libris duodecim.
 Cola. Prelo exprime. Decoctum clarifica cum
 Sacchari, libris quatuor.
 Coque ad Syrupi consistentiam.

SYRUPUS DE MORIS.

R. Mororum maturitati proximorum, } ana libras sex.
 Sacchari albissimi, }
 Coque Saccharum in consistentiam Electuarii solidi.
 Tum adde Mora integra. Post levem ebullitionem ponan-
 tur omnia super setaceum. In vas subjectum stillabit Syrupus.
Simili modo paratur
 Syrupus de Frambœsiis.

E ij

SYRUPUS DE CORTICE CITREI.

R. Flavedinum Citrei vel
 Limonum, uncias quinque.
 Aquæ purissimæ ferventis, libras duas.
 Macera in vase clauso, Balneo Maris, per duodecim horas.
 Colaturæ adde
 Sacchari albißimi, libras duas ;
 vel sufficientem quantitatem.
 Fiat Balneo Maris Syrupus, qui refrigeratus aromatise-
 tur Oleo-Saccharo Citrei.
Eodem modo paratur
 Syrupus de Cortice Arantiorum.

SYRUPUS DE KINA KINA.

R. Kinæ Kinæ subtilissimè trita, uncias quatuor.
 Bulliant in
 Aquæ limpida, libris octo
 ad dimidiæ partis consumptionem.
 Colatura turbida vaporet ad libras circiter duas ;
 Tum adde
 Sacchari libram unam.
 Coque in Syrupum.

SYRUPUS DE KINA KINA CUM VINO.

R. Corticis Peruviani subtilissimè triti uncias tres.
 Infunde in
 Vini rubri generosi librâ unâ.
 Macera in vase clauso per duos tresve dies, identidem
 agitando. Infusum filtra, cujus quantitatem sufficientem
 misce cum
 Syrupi præcedentis ad Electuarii consistentiam eva-
 porati & adhuc calentis librâ unâ ;
 Et erit Syrupus.

Simili modo parabitur
 Syrupus de Cascarillâ.

SYRUPUS DE CINNAMOMO.

R/ Aquæ Cinnamomi hordeatæ, . . . libram unam.
 Sacchari albissimi, . . . libras duas.
 Misce, & fiat Balneo Maris secundum artem in vase
 clauso Syrupus.

Simili modo parabis

Syrupum Alexandrinum cum aquâ Rosarum.
 Florum Arantiorum cum aquâ Naphæ.

SYRUPUS BALSAMICUS DE TOLU.

R/ Balsami Tolutani, . . . unciâs octo.
 Aquæ communis, . . . libras duas.
 Coque Balneo Maris per duas horas in vase clauso. Li-
 quori decantato adde
 Sacchari albissimi, . . . sufficientem quantiratem,
 ut fiat Syrupus.

SYRUPUS DE BRASSICA RUBRA.

R/ Brassicæ rubræ tenuiter concisæ, . . . libras duas.
 Aquæ communis, . . . unciâs sex.
 Coquantur simul Balneo Maris, vase clauso ad mol-
 litiem. Cola cum expressione, & colaturæ defœcatæ adde
 Sacchari, . . . duplum.
 Fiat Syrupus Balneo Maris.



SYRUPUS PURGANTES
SIMPLICES.

SYRUPUS ROSARUM PALLIDARUM.

R. Florum Rosarum pallidarum recentium, mundatorum, libras quatuor.
 Infunde Balneo Maris per horas duodecim, in
 Aquæ bullientis, libris octo
 In vase terreo vitrato angusti oris cooperto.
 Expresso adde
 Florum parem quantita tem,
 Infunde similiter. Ter idipsum repete. Colatura per
 subsidentiam defœcata clarificetur cum
 Sacchari albi, libris quinque,
 & coquatur in Syrupum.

Simili modo parabitur Syrupus

Florum Persicorum.

SYRUPUS DE NICOTIANA.

*Pari modo conficitur ac SYRUPUS DE FUMARIA in hoc
 Codice descriptus.*

SYRUPUS DE RHAMNO CATHARTICO.

R. Succi è baccis maturis Rhamni Cathartici expressi,
 & more succorum vinosorum defœcati libras tres.
 Sacchari, libras duas,
 Coque in Syrupum.

SYRUPUS STIBIATO-EMETICUS.

R. Vini Emetici, : : } ana libram unam.
 Sacchari albi, : : }
 Coque in Syrupum Balneo Maris.

433 434 435 436 437 438 439 440 441 442 443 444 445 446 447 448 449 450 451 452 453 454 455

SYRUPUS COMPOSITI ALTERANTES.

SYRUPUS HORDEATUS.

Rx. Amygdalarum dulcium excorticatarum, libram unam.
Amararum, . . . drachmas duas.
Contunde in mortario marmoreo pistillo ligneo, sensim
affundendo
Decocti hordei mundati, . . libram unam & semis.
Cola cum expressione. Expresso adde
Sacchari albissimi, . . . libram unam & semis.
Fiat Syrupus Balneo Maris ut artis est. Syrupo refrige-
rato adde
Aquæ Naphæ essentialis, . . . drachmam unam.
Spiritus Citrei, . . . femi scrupulum.
• Serva ad usum.

SYRUPUS E STŒCHADĒ.

Rx. Spicarum ficcatarum Stœchados, . . uncias tres.
Summitatum floridarum
& ficcatarum, Thymi, . . } ana unciam
Calaminthæ, } unam &
Origani, . . } semis.
Salviæ, . . } ana semi
Betonicæ, . . } unciam.
Rorismarini, }
Seminum Rutæ, . . }
Pœoniæ Maris, . . } ana drachmas tres.
Fœniculi, . . }
Cinnamomi, . . }
Zinziberis, . . } ana drachmas duas,
Calami odorati, . . }
.

40 **CODEx MEDICAMENTARIUS**
 Contusa omnia & incisa macerentur in Alembico vitreo
 vel stanneo per biduum cum
 Aquæ tepentis, libris octo.
 Tum per distillationem Balneo Maris, extrahe
 Liquoris aromatici, uncias octo,
 ex quibus fiat Syrupus cum eodem calore Balnei Maris,
 Sacchari albi duplo.
 Residuum colatum & fortiter expressum clarifica cum
 Sacchari albi, libris quatuor;
 Et coque in Syrupi consistentiam, cui semi refrigerato adde
 priorem.

SYRUPUS DE ERYSIMO.

R. Hordei integri, }
 Passularum mundatarum, } ana uncias
 Glycyrrhizæ siccæ, rasæ & contusæ, . . . } duas.
 Herbarum Borriginis, }
 Cichorii, } ana uncias tres.

Bulliant in
 Aquæ communis, libris duodecim
 ad quartæ partis consumptionem. Cola cum expressione.
 Tum

R. Erysimi totius recentis, libras tres.
 Radicum Enulæ Campanæ, . . . }
 Tussilaginis recentis, . . . } ana uncias duas.
 Capillorum Canadensium, unciam unam.
 Summitatum siccatarum Rorismarini, . . } ana semi
 Stæchados, } unciam.
 Seminis Anisi, drachmas sex.
 Florum siccatorum Violarum, . . . }
 Borriginis, } ana drachmas duas.
 Buglossi, }

Incisis incidendis, contundendis contusis, superaffunde
 Decoctum superius fervens. Macera in Alembico stanneo
 vel vitreo per viginti quatuor horas. Tum extrahe per di-
 stillationem Balneo Maris

Liquoris, uncias octo;
 ex

SALUB. FACULTATIS PARISIENSIS. 4r
 ex quibus cum sacchari albi duplo fiat syrupus eodem ca-
 lore Balnei Maris. Residuum cola & fortiter exprime. Cla-
 rifica cum

Sacchari albi, libris tribus.
 Mellis optimi, librâ unâ.
 Coque in syrupum, quem tepidum misce cum priore.

SYRUPUS DE ARTEMISIA.

R. Summitatum floridarum Artemisiæ, . . uncias sex.
 Radicum Iridis nostratis, . . }
 Helenii, }
 Rubiæ, } ana semi unciam.
 Pconix Maris, . . }
 Levistici, }
 Fœniculi, }
 Herbarum Pulegii, }
 Origani, }
 Calaminthes, }
 Nepetæ, }
 Melissophylli, }
 Sabinæ, }
 Sampfuci, } ana uncias tres.
 Hyssopi, }
 Prassii, }
 Chamædryos, }
 Hyperici, }
 Parthenii, }
 Betonix, }
 Rutæ, }
 Ocimi, }
 Seminum Anisi, }
 Petroselini, }
 Fœniculi, } ana drachmas tres.
 Dauci, }
 Nigellæ, }
 Spicæ Nardi, }
 Cinnamomi, } . unciam unam.
 F

42 CODEX MEDICAMENTARIUS

Contusa omnia macerentur per triduum in
Hydromelitis, . . . libris octodecim.
Tum ex Balneo Maris distilla

Liquoris, . . . uncias octo,
ex quibus & sacchari albi, . . . librâ unâ
fiat syrupus.

Interea liquorem in Alembico superstitem cum forti ex-
pressionem colatum & clarificatum cum

Sacchari . . . libris quatuor.
Coque in syrupum, cum priore adhuc calente miscendum.

SYRUPUS DE IBISCO, SIVE DE ALTHÆA
COMPOSITUS.

R. Radicum Althææ tufarum, & à meditullio repur-
gatarum, . . . uncias duas.

Raphani domestici . . .	} ana unciam unam.
sylvestris in taleo- las sectarum, . . .	
Fœniculi, . . .	
Asparagi, . . .	
Petroselinii, . . .	
Eryngii, . . .	
Bardanæ contufarum, & à meditullio repurgatarum,	

Cicerum rubrorum,	} ana uncias tres.
Saxifragæ albæ rotundifoliæ totius, . . .	
Foliorum Betonicæ, . . .	
Pimpinellæ, . . .	
Helxines, . . .	
Plantaginis, . . .	

Summitatum Althææ, . . .

Fructus Halicacabi, . . . numero triginta.

Semina quatuor frigidorum majorum, . . .	} ana drachmas tres.
Lithospermi, . . .	

Glycyrrhizæ rasæ & contufæ, . . . unciam unam.

SALUB. FACULTATIS PARISIENSIS. 43

Coque in
 Aquæ purissimæ, libris octodecim.
 ad libras decem. Colaturæ permisce
 Sacchari optimi, libras quinque.
 Clarifica, coque in syrupum.

SYRUPUS ALTHÆÆ FERNELII.

R. Radicum Althææ, uncias duas.
 Cicerum rubrorum, unciam unam.
 Radicum Graminis, }
 Asparagi, } ana semi unciam.
 Glycyrrhizæ, }
 Uvarum passerarum mundatarum, }
 Cimarum Althææ, }
 Malvæ, } ana unciam unam.
 Helxines, }
 Pimpinellæ, }
 Plantaginis, }
 Adianthi nigri, }
 Seminum quatuor frigidorum majorum } ana dra-
 & minorum, } chmas tres.
 Coquantur ex
 Aquæ libris duodecim,
 ad medias. Colaturæ adde
 Sacchari albi libras quatuor.
 Clarifica & coque in syrupum.

SYRUPUS DE QUINQUE RADICIBUS.

R. Radicum Apii, }
 Fœniculi, } ana uncias quatuor.
 Petroselinii, }
 Rusci, }
 Asparagi, }
 Coque in
 Aquæ libris quatuordecim
 F ij

44 **CODEx MEDICAMENTARIUS**
 ad libras octo, & cum
 Sacchari, libris quinque
 clarus fiat syrupus, secundum artem.

SYRUPUS RORIS SOLIS.

R. Roris Solis recentis exquisitè mundati,
 uncias quatuor.
 Foliorum recentium Erysimi, unciam unam & semis.
 Pulmonariæ, unciam unam.
 Radicis Curcumæ pulveratæ, scrupulum unum.
 Liquiritiæ siccæ, drachmas duas.
 Passularum Damascenarum exacinarum,
 unciam unam.
 Florum Tussilaginis siccatorum, drachmas tres.
 Croci Orientalis pulverati, grana viginti.
 Infunde per sex horas calore Balnei Maris in
 Aquæ communis, libris octo.
 Infusum expressione colatum, & cum
 Sacchari albi libris quatuor
 clarificatum, coque in syrupum.

SYRUPUS JUJUBINUS.

R. Jujubas, numero sexaginta.
 Hordei mundati, }
 Glycyrrhiæ rasæ, } ana unciam unam.
 Capillorum Veneris, }
 Florum Violarum recentium, drachmas sex,
 vel siccatorum, drachmas duas.
 Seminum Malvæ, }
 Cydoniorum, } ana drachmas tres.
 Papaveris albi, }
 Melonis, }
 Lactucæ, }
 Coque in
 Aquæ communis, libris octo,
 ad tertiæ partis consumptionem. Cola & cum

SALUB. FACULTATIS PARIENSIS. 45

Sacchari albi libris tribus
 clarifica, & coque in syrupum.

SYRUPUS MYRTHINUS.

R. Baccarum Myrthi, uncias duas & semis.
 Mespilorum immaturorum, unciam unam.
 Rasuræ Santali citrini, }
 Fructuum Oxyacanthæ recentium }
 Sumach, } ana uncias duas.
 Balaustiorum, }
 Rosarum rubrarum mundata- }
 rum, }

Omnia contusa, Balneo Maris per horas viginti-quatuor macerentur vase clauso, in

Aquæ communis, libris tribus.

Succorum Cydoniorum, }
 Pyrorum sylvestrium, } ana libras duas.

Fiat colatura cum expressione. Liquor ovi albumine cum

Sacchari optimi, libris quinque
 clarificetur, & coquatur in syrupum.

SYRUPUS DE ABSYNTHIO.

R. Summitatum ficcatarum & incisarum
 Absynthii majoris, } ana uncias
 minoris, } quatuor.
 Rosarum rubrarum ficcatarum, uncias duas.
 Cinnamomi acuti, drachmas tres.

Omnia contusa macerentur calore Balnei Maris, in matratio obturato per viginti-quatuor horas in

Vini albi generosi, } ana libris duabus

Succi Cydoniorum, } & unciis quatuor.

Cola cum forti expressione & in colaturâ, per chartam emporeticam trajectâ, solve Balneo Maris sacchari albi pondus saltem æquale, & erit syrupus.

F iij.

SYRUPUS DE KARABE.

Rx. Succini purissimi supra porphyritem
 levigati, . . . } ana semi unciam.
 Opii Thebaïci pulverati, . . . }
 In scutellâ ferri candidi impositis, moderatissimo igne si-
 mul lentescant, massa spatulâ agitetur, sensim affundendo
 Olei succini rectificati. guttas aliquot.
 Misce optimè, & massam ab igne remove.

Tum

Rx. Hujus massæ pulveratæ, . . . drachmas duas.
 Infunde in
 Aquæ ferventis, . . . librâ unâ.
 Bulliant leviter. Refrigeratum liquorem cola per mani-
 cam; & cum
 Sacchari, . . . librâ unâ
 Fiat ex arte syrupus.

SYRUPUS DE TESTUDINIBUS RESUMPTIVUS.

Rx. Carnis Testudinum, . . . libram unam.
 Hordei integri, . . . uncias duas.
 Carnis Dactylorum, . . . uncias duas.
 Passularum Damascenarum exa-
 cinatarum, . . . } ana unciam unam.
 Glycyrrhiæ siccæ, rasæ, . . . }
 Sebesten, . . . } ana semi unciam,
 Jujubarum, . . . }
 Nucleorum Pineorum, . . . } ana semi unciam,
 Pistaciorum mun-
 datorum, . . . }
 Fructuum Cacao ex arte ustorum, }
 Seminum Melonum, . . . } ana drachmas
 Cucumeris, . . . } duas.
 Citrulli, . . . }

SALUB. FACULTATIS PARIENSIS. 47

Seminum Lactucæ, }
 Malvæ, } ana drachmam unam.
 Papaveris albi, }
 Foliorum Pulmonariæ, femi unciam.
 Florum siccatorum Violarum, . . } ana drachmam
 Nenupharis, } unam.
 vel recentium, unciam unam.

Fiat Decoctum ex arte in
 Aquæ, libris duodecim
 ad medias. Colatum, clarificatum cum
 Sacchari Rosacei, libris quatuor;
 eoque in syrupum, cui ad gratum saporem adde
 Olei stillatitii florum Arantiorum, guttas quatuor.

SYRUPUS DE VIPERIS ROBORANS.

R. Viperas, numero duodecim.
 Rasuræ Santali Citrini, }
 Cinnamomi, } ana uncias duas.
 Radicum Chinæ, }
 Salsaparillæ, } ana unciam unam.
 Cardamomi minoris, }
 Nucis Moschatae, } ana drachmas duas.
 Ligni Aloës, }

Viperæ recens mactatæ, & in partes sectæ coquantur in
 Aquæ communis, libris duabus
 ad quartæ partis residuum, & exprimantur.
 Radices Chinæ & Salsaparillæ concisæ, per horas duo-
 decim, supra cineres calidos maceratæ cum
 Aquæ communis, libris duabus,
 coquantur ad medias, & colentur.
 Aromatis verò crassiusculè tritis, & in Alembico positis
 superaffunde
 Vini albi optimi, }
 Aquæ Naphæ, } ana libras duas,
 fiatque per distillationem ex arenâ unciarum decem, vel
 circiter aquæ spirituosæ extractio, quæ in syrupo confis-

SALUB. FACULTATIS PARISIENSIS. 49
ad extrahendas succi, libras tres.

Adde

Succi Arantiorum amarorum, uncias viginti.

Cinnamomi pulverati, drachmam unam.

Corticis exterioris Arantiorum amarorum,
unciam unam.

Omnia macerentur in matratio ritè obturato per duodecim horas, identidem agitando, donec succus depuretur, & vinosum colorem acquisiverit. Filtra.

R. Hujus succi depurati, . . } ana libras duas & semis,
Sacchari albi, }
vel sufficientem quantitatem.

Fiat syrupus Balneo Maris, in vase clauso, cui refrigerato misce

Spiritûs Cochleariæ acuti, semi unciam.

Serva.



G



SYRUPI COMPOSITI PURGANTES.

SYRUPUS DE ROSIS PALLIDIS CUM SENNA ET AGARICO.

Rx. Infusionis Rosarum pallidarum quater repetitæ & defœcata, libras octo.
 Foliorum Sennæ mundatorum, uncias quatuor.
 Agarici electi & incisi, uncias duas.
 Seminis Anisi contusi, femi unciam.
 Zinziberis, drachmas duas.
 Tartari albi contusi, femi unciam.
 Fervefiat priùs Senna cum Tartaro. Tum infundatur Agaricus cum semine anisi & zinzibere per horas viginti quatuor. Colatura subinde fiat cum expressione. Residuum denuò bulliat cum
 Aquæ communis, libris sex
 ad medias. Fiat colatura priori miscenda, & cum
 Sacchari albi, libris quatuor.
 Clarifica, & coque in syrupum.

SYRUPUS DE CICHORIO.

Rx. Radicum Cichorii fylvestris uncias quatuor.
 Taraxaci, } ana unciam unam
 Graminis, } & femis.
 Foliorum Cichorii fylvestris uncias sex.
 Agrimonie, }
 Hepaticæ fontanæ, } ana uncias tres.
 Taraxaci, }

SALUB. FACULTATIS PARISIENSIS. 51

Foliorum Fumariæ,	}	ana uncias tres.
Lupuli,		
Scolopendrii,	}	ana uncias duas,
Polytrici,		
Adianti nostratis,		
Cuscutæ,		

Baccarum seu Fructuum Halicacabi,

coque in

Aquæ communis, libris viginti
ad libras duodecim. In colaturâ dissolve

Sacchari optimi, libras sex.

Clarifica & coque ad consistentiam mellis spissioris.

Aliundè

R. Aquæ communis, libras octo,
In quâ infunde, vase clauso, Balneo Maris, per vi-
giinti quatuor horas.

Rhei electi minutim effracti, uncias sex.

Santali citrini,

Cinnamomi, } ana semi unciam.

Colatura fortiter expressa addatur prædicto syrupo, eique
exquisite misceatur, & igne lento percoquatur in syrupum.

S Y R U P U S D E P O M I S .

R. Foliorum Orientalium mundatorum, uncias octo.
Seminis Fœniculi, unciam unam.
Caryophyllorum, drachmam unam.

Infunde per diem in

Succi depurati Pomorum redolentium, libris quatuor.

Borraginis, } ana libris tribus.
Buglossi, }Posteà leviter bulliant. Cola & exprime. Residuum bulliat
in

Aquæ communis, sufficienti quantitate.

Iterùm cola cum expressione. Colaturæ simul misceantur,
& cumSacchari optimi libris quatuor
clarificentur, & coquantur in syrupum.

G ij

SYRUPUS DE POMIS HELLEBORATUS.

R. Radicum Hellebori nigri selectarum contusarum, . . . unciam unam.
 Salis Tartari, . . . drachmam unam.
 Macerentur per viginti quatuor horas, Balneo Maris;
 in vase vitreo optimè clauso, in
 Aquæ communis . . . librâ unâ & semis,
 Deinde leviter bulliant. Colaturam fortiter expressam &
 defœccatam, misce cum
 Syrupi præcedentis, . . . libris duabus,
 & igne lento coque in syrupum, cui adde
 Tincturæ Croci, . . . semi drachmam.

SYRUPUS MERCURIALIS,

VULGÒ *Syrop de langue vie.*

R. Succi depurati Mercurialis, . . . libras duas.
 Borraginis, . . . } ana semi libram.
 Buglossi, . . . }
 Radicum Ireos nostratis, . . . uncias duas.
 Gentianæ . . . unciam unam.
 Mellis optimi albi, . . . libras tres.
 Vini albi . . . uncias duodecim.

Radices contuse macerentur in vino albo per viginti
 quatuor horas.

Cola. Liqueatur mel, & succis misceatur, factâque levi
 ebullitione & despumatione, cola per Mantam. Ambo li-
 quores simul permixti, coquantur in syrupum.

Nota. Huic syrupo addi potest infusum uncie unius &
 semis, foliorum Orientalium.




SYRUPUS MAGISTRALIS ASTRINGENS.

R. Rhei electi tenuiter concisi, . unciam unam & semis.
 Santali citrini, . . . } ana drachmam unam.
 Cinnamomi, . . . }
 Myrobalanorum citrinarum, . . . unciam unam.
 Macerentur in vase clauso per duodecim horas, Balneo-
 maris in
 Aquæ Plantaginis, . . . libris tribus
 Cola. Tum

R. Rosarum rubrarum exsiccatarum, . unciam duas.
 Balaustiorum, . . . unciam unam.
 Succu Berberis, . . . } ana unciam quatuor.
 Ribesiorum, . . . }
 Macerentur eodem modo per duodecim horas in
 Aquæ Rosarum, . . . unciis octo.
 Fiat colatura cum expressione. Ambæ colaturæ simul
 mixtæ & defœcatæ cum
 Sacchari albissimi, . . . librâ unâ & semis,
 coquantur calore Balnei-maris, secundum artem, in Syru-
 pum.





ROB ET SAPÆ.

ROB SAMBUCCI.

R. Succi expressi ex baccis maturis Sambuci,
quantum volueris.
Coque Balneo-maris ad Mellis consistentiam.

Simili modo parantur

Rob ex Uvis,
Ribesiis,
Cerasis,
Cydoniis,
Oxyacanthæ,
Rhamno Cathartico,
Ebulo.



E X T R A C T A.

E X T R A C T U M J U N I P E R I.

R. Baccarum Juniperi maturarum & recentium, . . .
 libras duas.
 Bulliant ad mollitiem in . . .
 Aquæ communis, . . . libris octo.
 Exprime. Liquor fervens coletur per Manicam, & vaporet
 Balneo Maris, ad Extracti liquidi consistentiam.

E X T R A C T U M F U M A R I Æ.

R. Fumariæ, . . . quantum vis.
 Bulliat leviter in . . .
 Aquæ communis, . . . sufficienti quantitate.
 Colatura per subsidentiam defœcata vaporet Balneo Maris,
 ad Extracti consistentiam.

Eodem modo fiunt

Extracta Absynthii,
 Borriginis,
 Buglossi,
 Cardui benedicti,
 Centaurii minoris,
 Chamædryos,
 Cichorii, &c.

E X T R A C T U M C O C H L E A R I Æ.

R. Succii defœcati Cochleariæ, . . . quantum vis.
 Vaporet Balneo Maris ad Extracti consistentiam.

Simili modo fiunt

Extracta Nasturtii aquatici,
 Trifolii fibrini,
 Lupuli, &c.

EXTRACTUM ENULÆ CAMPANÆ.

R. Radicum siccatarum & pulveratarum Enulæ Campanæ, quantum vis.
 Bulliant in
 Aquæ communis, sufficienti quantitate.
 Colatura per subsidentiam defœccata vaporet Balneo Maris ad Extracti mollis consistentiam.

Simili modo fiunt

Extracta Radicum Gentianæ,
 Polypodii,
 Liquiritiæ.
 Lapathi, &c.

EXTRACTUM RHABARBARI.

R. Rhei electi concisi, semi libram.
 Mitte in vas idoneum. Affunde
 Aquæ limpidæ ferventis ad eminentiam
 quatuor digitorum.
 Digere Balneo Maris in vase clauso per duodecim circiter horas. Liquorem exprime. Materiæ superstiti affunde novam aquæ ferventis quantitatem. Digere ut supra. Cola fortiter exprimendo.

Tincturas simul mixtas filtra per Manicam. Vaporent Balneo Maris ad Extracti consistentiam.

Simili modo fiunt

Extracta Colocynthidis,
 Croci, &c.

EXTRACTUM KINÆ KINÆ.

R. Kinækinæ pulveratæ, uncias duas.
 Bulliat vase clauso in
 Aquæ ferventis, libris quatuor.
 Cola & illicò decanta. Vaporent Balneo Maris, vel radiis solaribus, in vasis faventinis planis (ita ut trium vel quatuor linearum

SALUB. FACULTATIS PARISIENSIS.
 linearum altitudinem liquor non superet) ad perfectam siccitatem.

Extractum per lamellas tenues & nitidas cultello abraide.

EXTRACTUM SENNÆ.

R. Foliorum Sennæ Alexandrinæ . . . semi libram.
 Infunde, vase clauso, Balneo Maris, identidem agitando in

Aquæ bullientis, . . . sufficienti quantitate.

Cola fortiter exprimendo. Trajice per Manicam. Vaporet Balneo Maris in vasis faventinis planis ad siccitatem.

Simili modo fit

Extractum Gratiolæ, &c.

EXTRACTUM ALOES.

R. Aloës Soccotorinæ contritæ; . . . quantum vis.
 Mitte in vas idoneum, affundendo

Aquæ ferventis, . . . sufficientem quantitatem.

Solve Balneo Maris. Liquorem cola & decanta. Vaporet Balneo Maris, eodem modo, & in iisdem vasis, ut suprà, ad siccitatem.

EXTRACTUM OPII, SEU LAUDANUM.

R. Opii electi frustulatum secti, . . . quantum vis.
 Aquæ pluvialis purissimæ ferventis, quantum sufficit ad solvendum Opium in pultis consistentiam.

Fiat solutio Balnei Maris calore. Solutionem fortiter exprime per linteum densum. Colatura vaporet Balneo Maris ad Extracti solidi consistentiam.


ELATERIUM.

R. Fructus maturescentes Cucumeris sylvestris cum pediculis, quot vis.
 Quassa ex arte, in mortario marmoreo. Affunde
 Aquæ ferventis, quantum sufficit.
 Macerentur in vase clauso, Balneo Maris, per diem. Exprimantur fortiter. Vaporet liquor, Balneo Maris, ut supra, ad siccitatem.

EXTRACTUM PANCHYMAGOGUM.

R. Pulpæ siccæ Colocynthidos à feminibus purgatæ, unciam unam & semis,
 Foliorum Sennæ mundatorum, } ana uncias duas.
 Hellebori nigri, }
 Agarici, unciam unam.
 Conquassatis affunde
 Aquæ pluvialis, quantitatem sufficientem.
 Macerentur per biduum. Deinde fiat ebullitio & colatura cum expressione. Decoctum per aliquod tempus repositum decantetur. Vaporet Balneo Maris ad spissioris syrupi consistentiam. Tum adde
 Resinæ Scammonii Alepensis pulverati, unciam unam.
 Extracti Aloës, uncias duas.
 Specierum Diarrhodon abbatis, unciam unam.
 Inspissentur, Balneo Maris ad justam Extracti consisten-

9999
 99



JURA ET GELATINÆ.

JUS VIPERINUM.

R. Viperam vivam, capite & caudâ resectis, pelle nudatam & exenteratam, sanguine, corde & hepate servatis.

Seca in partes. Coque vase clauso, Balneo Maris, per tres quatuorve horas in

Aquæ communis, . . . unciis duodecim.

Cola.

Eodem modo parantur etiam Jura cum Cancris fluviatilibus; Pullo gallinaceo, carne vitulinâ, &c.

His Juribus pro rei necessitate variæ plantæ & radices addantur.

GELATINA VIPERARUM.

R. Viperas vivas pelle recens nudatas, exenteratas, . . . quot volueris.

Seca in partes. Mitte in ollam fictilem vitratam, operculo clausam, ut artis est.

Coquantur igne lento in

Aquæ . . . sufficienti quantitate per quinque circiter horas. Calens Decoctum coletur cum expressione forti. Vaporet Balneo Maris. Repone in loco frigido, ut in Gelatinam concreascet.



Hij

GELATINA CORNU CERVI.

R. Rasuræ Cornu Cervi, semi libram.
 Aquæ purissimæ, libras sex.
 Vase cooperto coque secundum artem, circiter ad me-
 dias, plus vel minus habitâ ratione tempestatis. Cola &
 fortiter exprime. Colaturam clarifica ex ovi albumine
 cum

Sacchari, } ana circiter unciis quatuor.
 Vini albi, }

Aromatiza flavedine Citrei recentis. Repone in loco fri-
 gido, ut in Gelatinam concresecat.

GELATINA CYDONIORUM.

R. Cydoniorum integrorum maturefcentium, libras sex.
 In frusta concide. Bulliant in
 Aquæ, libris quindecim
 ad dimidiæ partis consumptionem.

Colaturam clarifica ex ovi albumine cum

Sacchari, libris quinque.
 Coque leni igne, & repone in loco frigido, ut in Gelati-
 nam concresecat.

Simili modo parari potest

Gelatina Pomorum, &c.



ECLEGMATA.

ECLEGMA SIVE LOOCH.

R. Pulveris Liquiritiæ exquisitæ, . . . semi drachmam.
 Superaffunde
 Aquæ communis ferventis, . . . uncias quatuor.
 Stet in infusione Balneo Maris, spatium horæ quadrantis,
 & cum Amygdalis dulcibus excorticatis, . numero duodecim
 Fiat ex arte Emulsio. Tum

R. Gummi Tragacanthi tenuissimè pulverati, . . . grana octodecim.
 Sensim affunde lac amygdalinum supradictum, identi-
 dem agitando in mortario marmoreo ad Mucilaginis spif-
 situdinem. Admisce
 Syrupi Diacodii, . . . } ana semi unciam,
 Althææ Fernelii, . . . }
 Olei Amygdalarum dulcium, . . . unciam unam.
 Sub finem adde
 Aquæ Naphæ circiter . . . drachmas duas.
 Fiat Eclegma.

Nota. Loco Syrupi Diacodii substituitur aliquando par-
 dosis Syrupi Althææ Fernelii.



L O O C H E X O V O .

R. Vitellum unum Ovi recentis.
 Olei Amygdalarum dulcium, absque igne recenter
 extracti, uncias duas,
 Syrupi Althææ, unciam unam,
 Aquarum stillatitiarum
 Tussilaginis, } ana unciam unam
 Papaveris Rhœados, .. }
 Naphæ, drachmas duas.

Vitellum Ovi mitte in mortario marmoreo, huic sensim
 & per vices affunde Oleum Amygdalarum semper agi-
 tando pistillo ligneo, usque dum coeant in pulvem, cui ad-
 misce identidem agitando aquas & syrupum, postremo
 aquam Naphæ.





CONSERVÆ.

CONSERVA VIOLARUM.

R. Florum Violarum recentium mundatorum, . . . } ana semi libram.
 Sacchari albi pulverati, . . . }
 Simul contunde in mortario marmoreo, addendo
 Sacchari albi, in Electarii solidi consistentiam cocti,
 semi-libram.

Fiat Conserva secundum artem.

Simili modo conficiuntur

Conservæ florum Arantiorum mundatorum explicatorum,

Borraginis,

Buglossi,

Betonicæ,

Calendulæ,

Genistæ,

Hissopi,

Hispidulæ, sive Pedis Cati,

Keiri,

Lilii Convallium,

Melissæ,

Papaveris Rhœados,

Pœoniæ,

Primulæ veris,

Rorismarini,

Salviæ,

Tiliæ,

Tunicæ,

Tussilaginis.

Summitatum Absynthii,

Hederæ terrestris,

Apii.

CONSERVA ROSARUM.

R. Rosarum rubrarum recentium, nondum omninò explicatarum, exungularum, . . . uncias quatuor.
| Spiritûs vini rectificati, . . . . . | } ana libras tres.              |                    |
| Aquæ Nucum, . . . . .                |                                 |                    |

Fiat maceratio per triduum. Tandem dissolve Theriacæ uncias octo in totidem unciis Spiritûs vini rectificati. Distilla secundum artem Balneo-maris ferè ad siccitatem.

Si Camphoræ drachmæ duæ addantur unciis decem aquæ Theriacalis suprâ dictæ, tunc Spiritus Theriacalis camphoratus nuncupatur.

## AQUA VULNERARIA.

|           |                                  |   |                        |
|-----------|----------------------------------|---|------------------------|
| <b>R.</b> | Radicum Symphyti majoris, . . .  | } | ana uncias<br>quatuor. |
|           | Foliorum Symphyti majoris, . . . |   |                        |
|           | minoris, . . .                   |   |                        |
|           | Bellidis majoris, . . .          |   |                        |
|           | minoris, . . .                   |   |                        |
|           | Bugulae, . . .                   |   |                        |
|           | Saniculae, . . .                 |   |                        |
|           | Betonicae, . . .                 |   |                        |
|           | Scropulariae majoris, . . .      |   |                        |
|           | Plantaginis, . . .               |   |                        |
|           | Agrimoniae, . . .                |   |                        |
|           | Hyperici cum summitatibus,       |   |                        |
|           | Vincae Pervincae, . . .          |   |                        |
|           | Hederæ terrestris, . . .         |   |                        |
|           | Arthemisiae, . . .               |   |                        |
|           | Veronicae, . . .                 |   |                        |
|           | Verbenae, . . .                  |   |                        |
|           | Telephii majoris, . . .          |   |                        |
|           | Millefolii, . . .                |   |                        |
|           | <b>Foliorum &amp; summitatum</b> | } | ana uncias<br>octo.    |
|           | Salviae minoris, . . .           |   |                        |
|           | Angelicae, . . .                 |   |                        |
|           | Tanacetii hortensis, . . .       |   |                        |
|           | Absinthii vulgaris majoris,      |   |                        |
|           | minoris,                         |   |                        |
|           | Satureiae, . . .                 |   |                        |
|           | Chelidonii, . . .                |   |                        |
|           | Fœniculi, . . .                  |   |                        |
|           | Aristolochiae clematidis, . . .  |   |                        |
|           | Menthae, . . .                   |   |                        |
|           | Hyssopi, . . .                   |   |                        |
|           | Nicotianae, . . .                |   |                        |

## SALUB. FACULTATIS PARISIENSIS. 195

Foliorum &amp; summitatum

|              |   |   |   |   |                          |
|--------------|---|---|---|---|--------------------------|
| Ocymi,       | . | . | . | . | } ana uncias<br>quatuor. |
| Rutæ,        | . | . | . | . |                          |
| Thymi,       | . | . | . | . |                          |
| Chamæmeli,   | . | . | . | . |                          |
| Scordii,     | . | . | . | . |                          |
| Majoranæ,    | . | . | . | . |                          |
| Rorismarini, | . | . | . | . |                          |
| Virgæ aureæ, | . | . | . | . |                          |

Concisa omnia misceantur. Tum adde

Summitatum Lavandulæ floridarum & exsiccatarum,  
libram unam.

|             |   |   |   |   |                   |
|-------------|---|---|---|---|-------------------|
| Origani,    | . | . | . | . | } ana uncias sex. |
| Calaminthæ, | . | . | . | . |                   |

Florum siccatorem Sambuci, . . . }

Post debitam macerationem in Vini albi libris sexaginta;  
Distilla ad medias Balneo-maris.

## AQUA VULNERARIA SPIRITUOSA.

**R.** Earundem herbarum ac supra in aquâ vulnerariâ  
idem pondus. Similiter concidantur. Harum fiat ma-  
ceratio per octiduum in

Aquæ vitæ, . . . libris sexaginta.

Distilla secundum artem, Balneo-maris.

*Eadem parari potest absque distillatione.*

## AQUA GENERALIS.

|                              |   |   |   |   |                               |
|------------------------------|---|---|---|---|-------------------------------|
| <b>R.</b> Seminum Coriandri, | . | . | . | . | } ana unciam unam<br>& semis. |
| Carvi,                       | . | . | . | . |                               |
| Sesëleos,                    | . | . | . | . |                               |
| Cumini,                      | . | . | . | . |                               |
| Anisi,                       | . | . | . | . |                               |
| Fœniculi,                    | . | . | . | . |                               |
| Anethi,                      | . | . | . | . |                               |

Bb ij



|         |                                  |                       |
|---------|----------------------------------|-----------------------|
| Radicum | Pœoniæ maris, . . . . .          | } ana unciam<br>unam. |
|         | Valerianæ fylvestris, . . . . .  |                       |
|         | Galangæ minoris, . . . . .       |                       |
|         | Zedoariæ, . . . . .              |                       |
|         | Mei, . . . . .                   |                       |
|         | Spicæ-Nardi, . . . . .           |                       |
|         | Angelicæ Bohemicæ, . . . . .     |                       |
|         | Anthoræ, . . . . .               |                       |
|         | Carlina, . . . . .               |                       |
|         | Contrayervæ, . . . . .           |                       |
|         | Viperinæ, . . . . .              |                       |
|         | Gentianæ, . . . . .              |                       |
|         | Imperatoris, . . . . .           |                       |
|         | Vincetoxici, . . . . .           |                       |
|         | Helenii, . . . . .               |                       |
|         | Ireos Florentinæ, . . . . .      |                       |
|         | Ari, . . . . .                   |                       |
|         | Acori veri, . . . . .            |                       |
|         | Zingiberis, . . . . .            |                       |
|         | Rubiæ tinctorum, . . . . .       |                       |
|         | Curcumæ, . . . . .               |                       |
|         | Filicis majoris, . . . . .       |                       |
|         | Cyclaminis, . . . . .            |                       |
|         | Bryoniæ, . . . . .               |                       |
|         | Aristolochiarum trium, . . . . . |                       |
|         | Fraxinellæ, . . . . .            |                       |
|         | Pentaphylli, . . . . .           |                       |
|         | Caryophyllatæ, . . . . .         |                       |
|         | Raphani rusticani, . . . . .     |                       |
|         | Trifolii fibrini, . . . . .      |                       |
|         | Fœniculi, . . . . .              |                       |
|         | Calcitrapæ, . . . . .            |                       |
|         | Pimpinellæ saxifragæ, . . . . .  |                       |
|         | Chelidonii utriusque, . . . . .  |                       |
|         | Scrophulariæ, . . . . .          |                       |
|         | Cynoglossi, . . . . .            |                       |
|         | Asari, . . . . .                 |                       |



## CODEX MEDICAMENTARIUS

|                  |                   |   |   |   |                            |
|------------------|-------------------|---|---|---|----------------------------|
| Florum           | Rorismarini,      | . | . | . | } ana drachmas tres.       |
|                  | Betonicae,        | . | . | . |                            |
|                  | Lavandulae,       | . | . | . |                            |
|                  | Lilii convallium, | . | . | . |                            |
|                  | Primulae Veris,   | . | . | . |                            |
|                  | Stoechados,       | . | . | . |                            |
|                  | Rosarum rubrarum, | . | . | . |                            |
|                  | Tiliae,           | . | . | . |                            |
|                  | Tunicae,          | . | . | . |                            |
|                  | Sambuci,          | . | . | . |                            |
|                  | Arantiorum,       | . | . | . |                            |
|                  | Calendulae,       | . | . | . |                            |
|                  | Geniftae,         | . | . | . |                            |
|                  | Keiri,            | . | . | . |                            |
|                  | Chamæmeli Romani, | . | . | . |                            |
|                  | Croci,            | . | . | . |                            |
| Baccarum         | Lauri,            | . | . | . | } ana unciam unam & semis. |
|                  | Juniperi,         | . | . | . |                            |
| Piperis          | longi,            | . | . | . | }                          |
|                  | rotundi,          | . | . | . |                            |
| Cubearum,        | .                 | . | . | . | } ana uncias tres.         |
| Macis,           | .                 | . | . | . |                            |
| Nucis Moschatae, | .                 | . | . | . |                            |
| Caryophyllorum,  | .                 | . | . | . |                            |
| Cardamomi,       | .                 | . | . | . |                            |
| Corticum Citrei, | .                 | . | . | . |                            |
| Arantiorum,      | .                 | . | . | . | } ana uncias duas.         |
| Lignorum         | Aloës,            | . | . | . |                            |
|                  | Cedrini,          | . | . | . |                            |
|                  | Sassafras,        | . | . | . |                            |
|                  | Santali citrini,  | . | . | . |                            |
|                  | Rhodii,           | . | . | . |                            |
|                  | Visci Querni,     | . | . | . | } uncias quatuor.          |
| Cascarilla,      | .                 | . | . | . |                            |



## SALUB. FACULTATIS PARISIENSIS. 199

|                    |   |                  |
|--------------------|---|------------------|
| Gummi Carannæ,     | } | ana semi unciam. |
| Myrrhæ,            |   |                  |
| Tacamahacæ,        |   |                  |
| Benzoini,          |   |                  |
| Styracis Calamitæ, |   |                  |
| Aloës,             | } | drachmas duas.   |
| Karabæ,            |   |                  |
| Castorei,          |   |                  |
| Opii Thebaïci,     |   |                  |

Radices & Folia debito tempore lecta exsiccentur, exceptis foliis antiscorbuticis, quæ recentia sumenda sunt, flores verò recentes collecti in Spiritu vini ferventur ad tempus distillationis. Tum incisus incidendis, contusisque contundendis, affunde pro unâ quâque librâ

Spiritus vini rectificati, . . . . . libras quatuor.

Fiat maceratio per vices, tum & distillatio secundum artem, Balneo-maris.

## AQUA ANTISCORBUTICA.

**R.** Radicis Raphani rustici in taleolas sectæ, . . . . . libram unam.

|                      |   |                     |
|----------------------|---|---------------------|
| Herbarum Cochleariæ, | } | ana uncias quatuor. |
| Nasturtii hortensis, |   |                     |
| Aquatici,            |   |                     |
| Sii sive Berulæ,     |   |                     |
| Beccabungæ,          |   |                     |
| Trifolii fibrini,    |   |                     |

|                |   |                  |
|----------------|---|------------------|
| Seminum Eruçæ, | } | ana uncias tres. |
| Sinapeos,      |   |                  |
| Cochleariæ,    |   |                  |

Mala Citrea numero . . . . . tres.

Contusis seminibus, foliis & fructibus incisus affunde

Vini albi, . . . . . libras octo.

Macerentur per viginti-quatuor horas. Distilla secundum artem Balneo-maris ad medias,



## SALUB. FACULTATIS PARISIENSIS. 202

Foliorum Sabinæ, . . . . } ana unciam unam  
 Rutæ, . . . . }  
 Ocymi, . . . . }

Florum Matricariæ, . . . . } ana drachmas sex,  
 Pulsatillæ, . . . . }

Baccarum Sambuci maturarum ficcatarum, . . . .  
 uncias tres.

Seminis Dauci Cretici, . . . . }  
 Cumini, . . . . } ana drachmas duas.  
 Rutæ sylvestris, . . . . }  
 Viticis, . . . . }

Incisis incidendis, contusis contundendis affunde

Aquæ vitæ, . . . . libras quatuor.

Fiat maceratio & distillatio Balneo-maris secundum ar-  
 tem, & elice Spiritum. Tum

**R.** Castorei, . . . . . semi unciam.  
 Cardamomi minoris, . . . . drachmas tres.  
 Caphuræ, . . . . . drachmam unam.  
 Croci, . . . . . semi drachmam.  
 Myrrhæ, . . . . . semi unciam.  
 Opii Thebaïci, . . . . . drachmas duas.  
 Galbani, . . . . . } ana drachmas tres,  
 Sagapeni, . . . . . }  
 Assæ fœtidæ, . . . . . drachmam unam & semis.

Infunde in Spiritu præcedenti cui adde

Spiritus Matricariæ, . . . . } ana uncias sex.  
 Chamæmeli, . . . . }

Stent in digestionem per aliquot dies, & distillentur Bal-  
 neo-maris ad ficcitatem.

## AQUA EPILEPTICA.

**R.** Radicum recentium Valerianæ syl-  
 vestris, . . . . } ana uncias  
 Pœconia maris, . . . . } duas.  
 Caryophyllatæ, . . . . unciam unam.  
 Angelicæ, . . . . } ana semi unciam.  
 Fraxinellæ, . . . . }

C c



## CODEX MEDICAMENTARIUS

Foliorum Dictamni Cretici, . unciam unam & semis.  
 Florum Liliorum convallium, . } ana uncias tres.  
 Tilia, . . . . . }  
 Rorismarini, . . . . . } ana unciam unam.  
 Lavandulae, . . . . . }  
 Stœchados Arabica, . . . . . semi unciam.  
 Caryophyllorum, . . . . . } ana drachmas duas.  
 Macis, . . . . . }  
 Castorei, . . . . . drachmam unam & semis.  
 Incisis incidendis, contusis contundendis, mitte omnia  
 in vas idoneum. Affunde  
 Vini albi generosi, . . . . . libras octo.  
 Macerentur per sex dies, identidem vas agitando; adde  
 Aquæ stillatiæ Cerasorum nigrorum, libras duas.  
 Distilla Balneo-maris ex cucurbitis vitreis, & eliciantur  
 libræ octo.

## AQUA PROPHYLACTICA.

**R.** Radicum Petasitidis, . . . . . } ana uncias duas.  
 Carlinæ, . . . . . }  
 Cyperi, . . . . . }  
 Zedoariæ, . . . . . unciam unam.  
 Angelicæ, . . . . . semi unciam.  
 Foliorum Melissæ, . . . . . }  
 Scordii, . . . . . } ana uncias tres.  
 Polii, . . . . . }  
 Dictamni Cretici, . . . . . }  
 Rutæ, . . . . . uncias duas.  
 Florum Genistæ, . . . . . }  
 Calendulae, . . . . . } ana unciam unam.  
 Tunicæ, . . . . . }  
 Stœchados, . . . . . }  
 Summitatum Rorismarini, . . . . . semi unciam.  
 Croci, . . . . . drachmam unam.  
 Cardamomi minoris, . . . . . }  
 Baccarum Juniperi, . . . . . } ana drachmas  
 Anisi stellati, . . . . . } duas.

## SALUB. FACULTATIS PARISIENSIS. 203

Macis, } ana drachmam  
 Caryophyllorum, } unam.  
 Caphuræ, } semi drachmam.  
 Nucum Juglandium immaturarum, libram unam.  
 Citreorum recentium, } semi libram.

Contusis contundendis, incisus incidendis affunde

Acetorum Sambuci, } ana libras sex.  
 Dracunculi, } . . . . .

Macera per octo dies in loco calido, identidem vas agitando. Distilla, ut artis est, Balneo-maris ferè ad ficcitatem.

## AQUA LACTIS ALEXITERIA.

**R.** Foliorum recentium Cardui Benedicti, } ana uncias  
 Scabiosæ, } duas.  
 Ulmarie, }  
 Melissæ, }  
 Menthæ, } unciam unam.  
 Angelicæ, } semi unciam.

Discerptis affunde

Seri Lactis recentis, } libras sex.

Distilla secundum artem ex vesicâ Balneo-maris. Elice libras quatuor.

## AQUA LIMACUM.

**R.** Limacum in vinetis collectorum, à sordibus mundatorum, } libras tres.  
 Leviter contunde cum testis. Mitte in cucurbitam vitream. Affunde

Seri Lactis recentis, } libras quatuor.

Distilla secundum artem Balneo-maris ad medias.





AQUA AD GINGIVAS,  
PER INFUSIONEM.

**R.** Cinnamomi contusi, . . . drachmas duas.  
 Caryophyllorum . . . semi drachmam.  
 Aluminis Rupei pulverati, . . . drachmas quatuor.  
 Aquæ bullientis, . . . libram unam & semis.  
 Digerantur in matratio, dum omninò frigidus sit liquor.  
 Tum adde  
 Aquæ Plantaginis, . . . uncias sex.  
 Florum Arantiorum, . . . drachmas quatuor.  
 Spiritus Corticum Citrei, . . . drachmas duas.  
 Vini rectificati, . . . uncias sex.  
 Iterùm digerantur per viginti-quatuor horas. Filtra &  
 ferva.

AQUA CALCIS PRIMA.

**R.** Calcis vivæ, . . . libram unam.  
 Sensim affunde  
 Aquæ communis, . . . libras decem.  
 Post ebullitionem completam & debitam residentiam,  
 cola ad usum.  
 Nota hanc aquam duobus aut tribus mensibus elapsis esse  
 renovandam.

AQUA CALCIS SECUNDA.

**R.** Magma Aquæ Calcis primæ.  
 Affunde  
 Aquæ communis, . . . libras sex.  
 Post viginti-quatuor horas filtra & ferva.

AQUA PHAGEDŒNICA.

**R.** Aquæ Calcis primæ recentis, . . . libram unam.  
 Mercurii sublimati corrosivi, . . . grana triginta.  
 Misce, agita in mortario vitreo.

Cc iij

## AQUA STYPTICA.

℞. Vitrioli albi, . . . . . }  
 Viridis, . . . . . } ana semi unciam;  
 Aluminis, . . . . . }  
 Sacchari albi, . . . . . }  
 Aquarum Plantaginis, . . . . . } ana uncias sex.  
 Centinodia, . . . . . }  
 Solve, digere. Cola ad usum.

## AQUA ALUMINOSA.

℞. Aquarum stillatitiarum Rosarum, . . . } ana libram  
 Plantaginis, . . . . . } unam.  
 Centinodii, . . . . . }  
 Aluminis depurati, . . . . . } drachmas tres.  
 Fiat dissolutio servanda ad usum.

## P H L E G M A T A.

## P H L E G M A V I T R I O L I.

Vide *SPIRITUS ET OLEUM VITRIOLI*.

## P H L E G M A A L U M I N I S.

Vide *SPIRITUS ET PHLEGMA ALUMINIS*.



## SPIRITUS VOLATILES.

## SPIRITUS VINI,

VULGÒ AQUA VITÆ.

**R.** Vini generosi (albi præsertim) . quantum volueris.  
Mitte in cucurbitam satis amplam, cujus mediam partem vinum occupet. Adapta capitellum refrigeratorio suo instructum, obseratis commissuris, igne mediocri distilla donec prodiens liquor flammam non concipiat.

## AQUA VITÆ CAMPHORATA.

**R.** Aquæ vitæ, . . . . . libras duas.  
Dissolve  
Camphoræ, . . . . . semi unciam.  
In vase obturato serua.

## SPIRITUS VINI RECTIFICATUS.

**R.** Aquæ vitæ, . . . . . quantum volueris.  
Distilla Balneo-maris ex organo cochleæ modo flexuoso, vulgò (*Serpentin*) & habebis spiritum vini rectificatum.

## SPIRITUS VINI TARTARISATUS.

**R.** Spiritus vini rectificati, . . . . . libras quatuor.  
Salis Tartari, . . . . . libram unam.  
Digerantur ex arenâ per horas duodecim, liquorem spirituosum effunde per inclinationem. Distilla Balneo-maris, & serua.



## SPIRITUS VINI CAMPHORATUS.

**R.** Spiritus Vini rectificati, . . . . . libras duas;  
 Dissolve  
 Camphoræ, . . . . . unciam unam,  
 Vase ritè obturato, ferva.

## SPIRITUS ARDENS CERASORUM NIGRORUM.

**R.** Cerasorum nigrorum maturorum rejectis nucleis, . . . . . libras viginti.  
 Contunde. Mitte in vas terreum. Affunde  
 Mellis optimi, . . . . . libras duas.  
 Macerentur in hypocausto, vel in loco tepido, donec  
 vinosum spirent odorem; tum ex arte distilla ex Balneo-ma-  
 ris. Spiritus indè prolicitus, repetitâ distillatione ex Balneo-  
 maris, rectificetur.

*Simili modo parantur*

Spiritus ardentés Fragorum,  
 Frambœsiorum,  
 Baccarum Sambuci, &c.

## SPIRITUS ARDENS ROSARUM.

**R.** Rosarum pallidarum mundatarum, . . . . . libras viginti.  
 Succi Rosarum, . . . . . libras quindecim.  
 Mellis optimi, . . . . . libras duas.  
 Misce & repone, donec per fermentationem odorem vi-  
 nosum spirent; tum distilla Balneo-maris. Spiritum indè  
 prolicitum, repetitis ex Balneo-maris distillationibus recti-  
 fica.

*Simili modo elici possunt*

Spiritus ardentés Juniperi,  
 Absinthii,  
 Rorismarini,  
 Florum Arantiorum, &c.  
 Sufficiendo infusionem, in locum Succi.

SPIRITUS

## SPIRITUS ARDENS COCHLEARIÆ.

**R.** Cochleariæ floridæ, . . . . . libras octodecim.  
 Minutim incide. Mitte in alembicum vitreum.  
 Superaffunde  
 Spiritus Vini rectificati, . . . . . libram unam.  
 Macerentur saltem per biduum, commissuris ritè obturatis. Distilla Balneo-maris, & elice liquorem spirituofum.  
*Simili modo eliciuntur*  
 Spiritus ardentés Plantarum antiscorbuticarum.

## SPIRITUS VOLATILIS COCHLEARIÆ.

**R.** Cochleariæ floridæ, . . . . . quantum vis.  
 Incide & mitte in alembicum vitreum, commissuris accuratè obturatis macera per plures dies, distilla Balneo-maris, & elice liquorem volatiliorem.

## SPIRITUS CARMINATIVUS SYLVII

**R.** Radicum Angelicæ, . . . . . drachmam unam.  
 Imperatoriæ, . . . . . } ana drachmam unam  
 Galangæ, . . . . . } & femis.  
 Foliorum Rorismarini, . . . . .  
 Majoranæ, . . . . . } ana unciam unam  
 Rutæ, . . . . . } & femis.  
 Ocimi, . . . . . }  
 Baccarum Lauri, . . . . . drachmas tres.  
 Seminum Angelicæ, . . . . . }  
 Levistici, . . . . . } ana femi unciam.  
 Anisi, . . . . . }  
 Zingiberis, . . . . . }  
 Nucis Moschatæ, . . . . . } ana drachmam unam  
 Macis, . . . . . } & femis  
 Cinnamomi, . . . . . drachmas tres.

D d

Caryophyllorum, . . . } ana drachmam unam.  
 Corticum Arantiorum, . . . }  
 Concisis & crasse contusis affunde  
 Spiritus Vini rectificati, . . . libras tres.  
 Digerantur per biduum Balneo maris, & distillentur ad  
 siccitatem.

## SPIRITUS, SEU OLEUM TEREBINTHINÆ.

**R.** Terebinthinæ claræ, . . . quantum volueris.  
 Aquæ limpida, . . . sextuplum.  
 Inde cucurbitæ vitreæ capitello instructæ, adaptato re-  
 ceptaculo. Distilla ex arenâ. Oleum in receptaculo aquæ  
 supernatans pellucidum, tenue, à nonnullis spiritus Tere-  
 binthinæ ob ejus tenuitatem & pelluciditatem dicitur. Col-  
 ligatur & fervetur ad usum, est oleum tenuius.

*Simili modo distillantur*  
 Balsama omnia liquida.

OLEUM TEREBINTHINÆ CRASSIUS,  
 ET COLOPHONIA.

**R.** Terebinthinæ claræ, . . . quantum volueris.  
 Distilla per retortam ex arenâ igne blando, vel ex  
 Balneo-maris. Prodebit 1<sup>o</sup> oleum tenue pellucidum, priori  
 simile, deindè oleum flavum paulò spissius: ac tandem in  
 fundo cucurbitæ remanet massa, quæ dum calens est lentef-  
 cit, refrigerata indurefcit, semipellucida est & fragilis instar  
 Resinæ. Colophonia dicitur. Si de Colophoniâ nulla sit  
 cura, institui potest distillatio Terebinthinæ cum interme-  
 diâ arenâ lotâ permixtæ; & tunc sub finem ignis urgetur ex  
 arenâ. Major olei copia sic elicitur: & sub finem obtinetur  
 oleum crassum rufescens, vel subnigrum empyreumaticum.

*Simili modo distillari possunt*  
 Gummi & Resinæ.



SPIRITUS, OLEUM ET SAL VOLATILE  
CORNU CERVI.

**R.** Cornu Cervi frustulatim secti, . quantum volueris. Imple retortam. Distilla igne reverberii lenissimo. Primò prodibit phlegma rejiciendum. Gradatim aucto igne, spiritum, sal volatile, & oleum obtinebis.

Vasa refrigerata agitato ut oleum, sal volatile & phlegma commisceantur. Hæc inde retortæ, & Balneo-maris sublimis fiat sal volatile, affuso spiritu vini rectificandum. Superstes liquor filtretur ut oleum spissum separetur à spiritu.

*Simili ratione distillantur*

Cranium humanum,  
Ossa,  
Viperæ,  
Ebur,  
Sericum crudum,  
Capilli,  
Millepedes,  
Spongiæ,  
Bufones,  
Secundinæ,  
Carnes Animalium.

## OLEUM ANIMALE DIPPÉLII.

**R.** Olei fetidi cornu Cervi, vel alterius Animalis, . quantum volueris :  
Cum ossium calcinatorum pulvere fiat massa, in globulos dividenda. Mitte in retortam vitream. Distilla igne arenæ. Oleum elicatum & cum aquâ communi mixtum, pluries re-  
ctifica, donec limpidissimum prodierit.

## GUTTÆ ANGLICANÆ CEPHALICÆ.

**R.** Spiritûs volatilis Serici crudi cum suo sale, . . . uncias quatuor.  
 Olei stillatitii Lavandulæ, . . . drachmam unam.  
 Spiritûs Vini rectificati, . . . femi unciam.  
 Digere per horas viginti-quatuor. Distilla ex arte Balneo-maris, donec oleum prodeat.

## SPIRITUS SALIS AMMONIACI.

**R.** Salis Ammoniaci, . . . uncias octo.  
 Calcis vivæ, . . . libram unam & semis.  
 Seorsim pulverata & mixta inde in retortam capacem loricatam. Affunde

Aquæ, . . . uncias sex.  
 Ori retortæ manum admove, & agita; statimque adapta receptaculum amplissimum, commissuris non obleratis, sed arctè conniventibus. Eductis per horæ quadrantem, & absque igne primis spiritibus, commissuras obsera. Tum adhibeatur ignis arenæ lenissimus, augendus ad secundum gradum. Cum nihil ampliùs prodibit, refrigeratis omnibus, exemptum illicò spiritum serva in vase ritè obturato.

Massa superstes calcinata, est sal ammoniacum fixum, quod aeri humido expositum resolvitur, & vocatur Oleum Calcis.

Si loco Calcis vivæ sufficiatur sal Tartari anaticâ quantitate cum sale ammoniaco, pariter elicitur sal volatile & spiritus.

Massa residua, in aquâ soluta, deinde filtrata, & evaporata, dat sal digestivum, seu febrifugum Sylvii.

## SPIRITUS VOLATILIS AROMATICUS OLEOSUS.

**R.** Corticum exteriorum recentium  
 Arantiorum, . . . } ana drachmas sex.  
 Citreorum, . . . }  
 Vanillæ Mexicanæ, . . . } ana drachmas duas.  
 Macis, . . . }  
 Caryophyllorum, . . . . . semi drachmam.  
 Cinnamomi, . . . . . drachmam unam.  
 Salis Ammoniaci, . . . . . uncias quatuor.  
 Incisis incidendis, contusis contundendis; omnia mitte  
 in retortam vitream. Affunde  
 Aquæ Cinnamomi hordeatæ, } ana uncias quatuor.  
 Spiritus Vini rectificati, . . . }  
 Digere per aliquot dies vase obturato, identidem agi-  
 tando. Posthac adde  
 Salis Tartari, . . . . . uncias quatuor.  
 Admoto receptaculo commissuras diligenter obsera. Dis-  
 tilla Balneo-maris. Prodiens liquor in vase idoneo serva-  
 bitur.

## SPIRITUS, OLEUM ET SAL VOLATILE URINÆ.

**R.** Urinæ recentis juvenis sani, . . . quantum volueris.  
 Vaporet ad mellis consistentiam calore leni; tum  
 inde in retortam vel cucurbitam, commissuris ritè obsera-  
 tis, distilla igne lenissimo: prodibit primùm phlegma te-  
 nue cum olei pauxillo, aucto igne sal volatile sublime fiet,  
 & lateribus vasis adhærebit, quod rectificabis, oleumque  
 à spiritu separabis, ut dictum est, ubi de Spiritu Cornu  
 Cervi, pag. 211.

*Non absimili ratione distillatur*

Sanguis humanus calore leni priùs siccatus.

Nota 1°. Urinæ gelu factam concretionem loco evapo-  
 rationis esse posse. Tumque abjectâ glacie, liquorem olea-  
 ginosum superstitem distillandum ut supra.

2°. Si libris quatuor urinæ inspissatæ, gelu vel igne,  
 D d iij





## SPIRITUS ET OLEUM TARTARI.

**R.** Tartari frustulatim effracti, . . . quantum volueris.  
 Inde retortæ capaci amplo instructæ receptaculo.  
 Igne leni distilletur phlegma, donec nubeculæ albæ prodeant. Phlegmate abjecto, restituto receptaculo, commissuris luto obseratis, urgeatur ignis ad summum gradum, ut oleum exeat. Cessante omni distillatione vasa refrigerent. Oleum à spiritu, chartæ vel panni operâ sepone. Spiritum & oleum seorsim igne arenæ distilla. Postea oleum cum aquâ rectificata.

Materia à distillatione superstes calcinetur igne aperto ad confectionem salis Tartari.

## SPIRITUS ET OLEUM VITRIOLI.

**R.** Vitrioli viridis ad albedinem calcinati, . . . quantum volueris.  
 Inde retortæ loricatæ capaci. Colloca in furno. Aperiatur receptaculum amplissimum. Tum distilla igne primùm leni, & prodibit phlegma, sive ros Vitrioli, si lubuerit, servandus; quo elicitò, commissuræ obserentur. Dein continuetur distillari acriori igne, tandem acerrimo. Post tres aut quatuor dies finietur operatio. Liquor elicited rectificetur igne arenæ. Qui prodibit liquor, spiritus est; superstes in cucurbitâ, oleum.

## LIQUOR ANODYNUS MINERALIS

HOFFMANNI.

**R.** Olei vitrioli concentratissimi, . . . semi libram.  
 Spiritus Vini rectificatissimi, libram unam & semis.  
 Oleum in retortam vitream amplam immitte. Huic, sensim & per vices, affunde spiritum Vini per infundibulum acuminatum, quod fit non sine calore ac strepitu. Digere vase clauso & immoto per plures dies. Tum adaptato receptaculo ritè obserato, distilla ex arenâ igne lampadis vel



## 216 . . . . . CODEX MEDICAMENTARIUS . . . . .

carbonum lenissimo. Prodibit primò spiritus Vini fragrans, quem excipe & serua. Iterùm admoto ut suprà receptaculo, distilla eodem caloris gradu, obtinebis spiritum volatilem fragrantiorẽ & suaviorem, quem excipe & serua. Deindè continuato igne leni ( cavendo ne offa nigra in fundo retortæ apparens, transeat in receptaculum ) prodibit phlegma acidum, sulphureum & volatile ( quod si velis, illico separabis ) tandem apparebit oleum Vitrioli dulce, à phlegmate statim & accuratè separandum, ne oleum à phlegmate resorbeat. Tum

**R.** Liquoris primo & secundo distillati & simul mixti, uncias duas.  
 Olei Vitrioli dulcis, . . . . . guttas duodecim.  
 Misce, & erit liquor anodynus mineralis.

Nota, hunc liquorem cum salis Tartari tantillo, eodem calore esse distillandum, si sulphurei odoris aliquid spiraverit.

AQUA RABELLIANA,  
 VULGÒ *Eau de Rabel*.

**R.** Olei Vitrioli, . . . . . uncias quatuor.  
 Spiritus Vini rectificati, . . . . . uncias duodecim.  
 Spiritum Vini sensim oleo instilla in matraccio, & relinque ad digestionem vase cooperto.

## SPIRITUS ET OLEUM SULPHURIS.

Esto vas fictile vitratum, amplum & capax, ex cuius medio assurgat fulcrum. Tum

**R.** Sulphuris communis virescentis, quantum volueris. Divide in frusta oblonga, & mitte in vas expansum. Vas pone super fulcrum. Accende sulphur. Desuper suspendatur campana vitrea, vel vitreum infundibulum inversum, ita ut liber aëri pateat aditus. Ascendet spiritus, & stillabit in vas subiectum. Absumpto sulphure, novum in



SALUB. FACULTATIS PARIENSIS. 217  
in frustra divisum sufficiatur. Procede ut supra, donec spiritus optatam quantitatem obtinueris.

Nota. Felicius udo cælo opus succedet. Hic spiritus concentratus vulgò dicitur Oleum Sulphuris.

SPIRITUS ET PHLEGMA ALUMINIS,  
ET ALUMEN USTUM.

**R.** Aluminis Romani, . . . . . libras quatuor.  
Mitte in cucurbitam fictilem capitello & receptaculo, obseratis commissuris, instructam. Distilla igne arenae. Prodibit phlegma ad usum servandum. Extractam è cucurbita massam superstitem, pulveratam inde retortæ fictili capaci, receptaculo amplissimo aptato, & commissuris obseratis, distilla igne primùm leni, per gradus augendo ad vehementissimum, in furno reverberii, per tres vel quatuor dies continuandum. Vasis refrigeratis exemptum spiritum rectifica, & serva.

Materia in fundo retortæ superstes, alumen ustum erit; quod etiam ex alumine crudo igne nudo calcinato obtinebis.

SPIRITUS NITRI.

**R.** Nitri purissimi triti, . . . . . libras duas.  
Argillæ exsiccatæ pulveratæ, . . . . . libras sex.  
Mixta inde in retortam terream capacem, luto obductam. Igne leni primùm phlegma elice, quod abjicito. Receptaculum capacious adapta, & ritè obsera. Urgeatur ignis ad tertium gradum: post aliquot horas ad quartum. Elapsis horis quatuordecim, receptaculum tepescet, & nihil amplius prodibit.

Spiritus Nitri valentissimus alio modo obtineri potest.

**R.** Nitri purissimi & exsiccati, . . . . . libras quatuor.  
Pulveratis, & retortæ vitreae immixtis superfundatur  
Olei vitrioli concentrati, . . . . . libra una.  
Excipulum amplum statim adaptatum benè muniatur. Deindè ex arenâ, igne paulatim aucto ad ultimum gradum

E c

218      **CODEx MEDICAMENTARIUS**  
 distillatio instituatur, donec nullæ ampliùs guttæ stillent.  
 Spiritus excipulo contentus, est spiritus Nitri valentissimus,  
 quo cum olea essentialia Cinnamomi, Caryophyllorum,  
 permixta vehementer ebulliunt & flammam concipiunt. In  
 vase benè clauso asservandus est.

Sal in retortâ residuum igne aperto calcinatum, aquâ  
 solutum, & ritè crystallisatum, erit Nitrum vitriolatum,  
 basi solummodò à Tartaro vitriolato discrepans.

### SPIRITUS NITRI DULCIS.

**R.** Spiritus Nitri ex primâ distillatione, . unciâ sex.  
 Mitte in vas circulatorium capax; sensim & per  
 vices superaffunde  
 Spiritus vini rectificati, . unciâs duodecim.  
 Digere per mensem, & habebis spiritum Nitri dulcifi-  
 catum.

### SPIRITUS SALIS COMMUNIS.

**R.** Salis communis exsiccati & pulverati, libram unam.  
 Argillæ exsiccatæ & pulveratæ, . . . libras octo.  
 Simul mixta inde retortæ capaci. Distilla ut de spiritu  
 Nitri habetur.  
 Hâc ratione parva spiritus salis quantitas obtinetur.

### SPIRITUS SALIS ET SAL MIRABILE GLAUBERI.

**R.** Salis communis siccati, . . . unciâs sexdecim.  
 Mitte in retortam tubulatam pluribus receptaculis  
 inter se communicantibus munitam. Tum paulatim & per  
 vices affunde per tubulum  
 Olei vitrioli, . . . unciâs octo.  
 Tubulo ritè obturato, vapores spontè in receptacula  
 transibunt. Post tres aut quatuor dies distilla, per gradus,  
 ignem ad summum, augendo; vasis refrigeratis, spiritum  
 extrahe, in vase accuratè clauso servandum.  
 Massa salina in retortâ residua, igne aperto, si opus est



**SALUB. FACULTATIS PARISIENSIS. 219**  
 in crucibulo calcinetur, donec nullos fumos edat, aquâ  
 limpidâ dissolvatur, & crystallifetur, falem exhibet mira-  
 bilem Glauberi.

**SPIRITUS DULCIS SALIS.**

**R.** Spiritûs falis, . . . . . uncias quatuor.  
 Spiritûs vini rectificati, . . . . . uncias octo.  
 Procede ut de spiritu Nitri dulci habetur, utendo vasis  
 capacissimis.

**AQUA FORTIS.**

**R.** Vitrioli viridis ad albedinem cal- }  
 cinati, . . . . . } ana quantum  
 Nitri purissimi, . . . . . } volueris.  
 Seorsim trita & mixta simul, inde in retortam capacem  
 loriatam, receptaculo amplissimo instructam, obseratis  
 commissuris distilla igne reverberii per gradus. Intra duo-  
 decim horas finietur operatio.

**AQUA REGIA.**

**R.** Salis Ammoniaci, . . . . . uncias quatuor.  
 Spiritûs Nitri, . . . . . libram unam.  
 Misce in matrario capaci, digere igne arenæ ad inte-  
 gram Salis Ammoniaci dissolutionem. Decanta.

**MERCURIUS LIQUIDUS,**  
**VEL AQUA MERCURIALIS.**

**R.** Mercurii crudi, . . . . . unciam unam.  
 Dissolve in matrario cum  
 Spiritus Nitri, . . . . . sufficienti quantitate.  
 Affunde  
 Aquæ communis distillatæ, . . . . . uncias triginta.  
 Post aliquot horas filtra ad usum.

Ee ij



## SPIRITUS, SAL VOLATILE ET OLEUM SUCCINI.

**R.** Succini flavi contriti, . . . quantum volueris. Inde retortæ terreae aut vitreae loricatae capaci orificiique amplioris; adapta receptaculum amplissimum. Distilla igne primùm leni, & phlegma stillabit: auge sensim ignem ad tertium gradum; spiritus, sal volatile & oleum prodibunt. Sal parietibus receptaculi concretum adhærens exime, si velis, vel receptaculum agita, ut concretum sal, (additâ, si lubet, aquâ calidâ) colligatur & dissolvatur. Oleum à spiritu per chartam bibulam priùs aquâ madefactam separetur. Spiritum sale imbutum in cellâ reponere: concretescent crySTALLI, à liquore, qui Spiritus nuncupatur, separandæ. Oleum quod rufescens est vel nigricans rectificatur mixtum cum ossibus ad albedinem calcinatis, & distillatum secundùm artem. Quod prodibit primum oleum, erit album, dein flavum, postremò rubrum. Singula dum prodeunt excipe & serva.

Nota. Primum oleum diu servabitur album, si cum aquâ iterùm Balneo-maris, ex retortâ vitreâ distilletur.

*Simili modo distillari potest*

Gagates.

## SPIRITUS ET OLEUM GUAYACI.

**R.** Ligni Guayaci frustulatum secti, quantum volueris. Inde retortæ capaci, adapta receptaculum amplum. Distilla in reverberio, primùm lento igne; phlegma prodibit, quod rejiciendum; postea obseratis commissuris, ignem urge ad ultimum gradum, donec nihil ampliùs extillet, & pelluceat receptaculum. Vasis refrigeratis, oleum nigrum à spiritu separa per chartam emporeticam priùs aquâ madefactam. Utrumque separatim rectificabis.

*Simili modo distillantur*

Buxus,  
Juniperus,  
Papyrus,  
Tabacum,  
Fuligo, &c.

## SALIA VOLATILIA.

### • SAL VOLATILE CORNU CERVI.

Cranii humani,  
 Ossium,  
 Viperarum,  
 Serici crudi,  
 Capillorum,  
 Millepedum,  
 Spongiarum,  
 Bufonum,  
 Carnium Animalium,

*Eodem modo extrahuntur.*

Vide *SPIRITUS, OLEUM ET SAL VOLATILE CORNU CERVI.*, pag. 211.

### SAL VOLATILE SUCCINI.

Vide *SPIRITUS, SAL VOLATILE ET OLEUM SUCCINI.* pag. 220.

### SAL VOLATILE AMMONIACUM.

**R.** Salis Ammoniaci, . . . . . libram unam.  
 Salis Alkali fixi purissimi cujuscumque, . . . libras duas.  
 Siccata, pulverata seorsim & mixta, inde in retortam;  
 affunde

Spiritus vini rectificati, . . . . . uncias quatuor.  
 Coapta receptaculum. Commissuris vesicâ obseratis; si-  
 ne per horas viginti-quatuor; dein ex arenâ, primùm leni  
 igne, postea adaucto distilla secundum artem. Absolutâ  
 E e iij

222      **CODEX MEDICAMENTARIUS**  
distillatione & refrigeratis vasis, sal volatile à spiritu separatum servabis.

Nota. Spiritum hunc ab aliis *Spiritum salis Ammoniaci vinosum*, ab aliis *dulcificatum* nominari.

**SAL VOLATILE AROMATICUM.**

**R.** Salis volatilis ammoniaci, . . . . . uncias duas.  
Mitte in cucurbitam vitream. Affunde  
Olei essentialis Lavandulæ, Succini, aut alterius cu-  
juscunq; Aromatici, . . . . . drachmam unam.  
Sublime fiat igne arenæ secundum artem.


**SAL VOLATILE URINÆ.**  
Sanguinis humani.

*Eodem modo parantur.*

Vide *SPIRITUS, OLEUM ET SAL VOLATILE URINÆ.* pag. 213.







## O L E A.

## OLEUM CARYOPHYLLORUM.

**R.** Caryophyllorum contusorum, . . . libram unam.  
 Aquæ ferventis, . . . libras decem.  
 Mitte in vas idoneum coopertum. Digere in hypocausto  
 per aliquot dies. Distilla igne nudo ex vesicâ suo refrigera-  
 torio & receptaculo instructâ. Refrigeratis vasis, oleum ab  
 aquâ separa.

*Simili modo elicies*

|                   |                            |
|-------------------|----------------------------|
| Olea Cinnamomi,   | Seminum Anisi,             |
| Macis,            | Anethi,                    |
| Nucis Moschatae,  | Carvi,                     |
| Cubebarum,        | Cumini,                    |
| Amomi,            | Fœniculi,                  |
| Cardamomi,        | Baccarum Juniperi,         |
| Piperis,          | Lauri,                     |
| Lignorum Rhodii,  | Corticum Arantiorum,       |
| Cedri,            | Citreorum,                 |
| Sassafras,        | Arantiorum & Citreorum     |
| & similibus. Item | enascantium & immaturorum. |
| Olea Absinthii,   |                            |
| Majoranæ,         |                            |
| Menthæ,           |                            |
| Rorismarini,      |                            |
| Rutæ,             |                            |
| Sabinæ,           |                            |
| Salviæ,           |                            |
| Thymi,            |                            |
| Florum Lavandulæ, |                            |
| Arantiorum,       |                            |

Observandum primò plûs minûs alia aliis esse digerendâ;  
 & majori vel minori aquæ copiâ iis vel illis opus esse,

224

## CODEX MEDICAMENTARIUS

2°. Semina, baccas & ligna ante digestionem contundenda esse, vel scobinâ deradenda, longiorique tempore maceranda.

3°. Cortices fructuum recentium, nullâ maceratione indigere.

OLEUM GUAYACI,  
Buxi.

Vide *SPIRITUS ET OLEUM GUAYACI*, pag. 220.

OLEUM TEREBINTHINÆ,

Mastiches,  
Olibani,  
Tacamahacæ,  
Gummi Elemi,  
Ammoniaci,  
Labdani,  
Myrrhæ recentis,  
Picis,  
Benzoini,  
Galbani.

Vide *SPIRITUS ET OLEUM TEREBIN-  
THINÆ*, pag. 210.

OLEUM SUCCINI,  
Gagatis.

Vide *SPIRITUS, SAL VOLATILE ET OLEUM  
SUCCINI*, pag. 220.

OLEUM CERÆ.

**R.** Cerae flavæ, . . . . . uncias sex.  
Arenæ siccæ cribratæ, . . . . . quantitatem sufficientem.  
Liquefiat Cera in patellâ terreâ: fluenti adde arenam.  
Remove ab igne, & continuò agita, donec refrigescat; ex  
hâc materiâ nondum induratâ formentur globuli, qui ex  
retortâ vitreâ loricatâ igne per gradus aucto distillentur.  
Prodibit

SALUB. FACULTATIS PARIENSIS. 225  
 Prohibet primò phlegmatis & spiritûs pauxillum. Deinde  
 oleum butyraceum, quod ut fluidum fiat, arenæ aut calci  
 vivæ admixtum iterùm atque iterùm distillabis. Ac tandem  
 ex aquâ si tenuius desideretur rectificabis.

### OLEUM TARTARI.

Vide *SPIRITUS ET OLEUM TARTARI*, pag. 215.

### OLEUM DE LATERIBUS, SEU OLEUM PHILOSOPHORUM.

**R.** Olei communis, . . . quantum volueris.  
 Laterum pulveratorum vel melius  
 Calcis vivæ, . . . quantum satis.  
 Misce & globulos effinge, in retortam immittendos. Ad-  
 dito receptaculo capaci & commissuris obseratis distilla igne  
 reverberii per gradus aucto. Oleum elicatum, bis terve ex  
 novâ calce, vel lateribus pulveratis rectifica. Tandem sub-  
 tilius obtinebis si iterùm cum aquâ calcis distilletur.

*Simili modo elici potest*

Oleum è sapone.

### OLEUM MYRRHÆ PER DELIQUIUM.

**R.** Ova cocta ad duritiem & per medium secta. Vitellis  
 exemptis cava impleto myrrhâ tenuissimè tritâ.  
 Æmulas albuminum medietates coadunatas filo ligabis, &  
 craticulæ lignæ super paropsidem impones. Stent in cellâ.  
 Ex myrrhâ liquefcente humor stillabit.

### OLEUM CAMPHORÆ.

**R.** Camphoræ tritæ, . . . uncias tres.  
 Mitte in matratium. Affunde  
 Spiritûs Nitri, . . . uncias sex.  
 Vase ritè obturato digere ad integram dissolutionem. Li-  
 quorem oleosum supernatantem separa, & habebis oleum  
 Camphoræ vulgò dictum.

Ff





# BALSAMA.

## BALSAMUM FIORAVANTI.

|            |                            |                    |
|------------|----------------------------|--------------------|
| <b>Rx.</b> | Terebinthinæ Venetæ,       | libram unam.       |
|            | Baccarum recentium Lauri,  | uncias quatuor.    |
|            | Gummi Elemi,               | } ana unciam unam. |
|            | Tacamahacæ,                |                    |
|            | Syracis liquidæ,           | uncias duas.       |
|            | Galbani,                   | } ana uncias tres. |
|            | Thuris,                    |                    |
|            | Myrrhæ,                    |                    |
|            | Gummi Hederæ,              |                    |
|            | Ligni Aloës,               |                    |
|            | Galangæ minoris,           | } ana unciam unam. |
|            | Caryophyllorum,            |                    |
|            | Cinnamomi,                 |                    |
|            | Nucis Moschatæ,            |                    |
|            | Zedoariæ,                  |                    |
|            | Zingiberis,                |                    |
|            | Foliorum Dictamni Cretici. |                    |
|            | Aloës foccorina,           | } ana unciam unam. |
|            | Succini præparati,         |                    |
|            | Spiritus vini rectificati, | libras sex.        |

Digerantur omnia simul per novem dies. Tum additâ Terebinthinâ distillentur Balneo cinerum. Prodiabit primò liquor limpidus spirituosus, & erit *Balsamum Spirituosum*; secundò oleum flavum, & erit *Balsamum*; tandem oleum rufum aut nigrum, & erit *Balsamum nigrum*.

## BALSAMUM SULPHURIS.

**R.** Florum Sulphuris, . . . . . uncias duas.  
 Inde matratio. Affunde  
 Olei essentialis Terebinthinæ, . . . . . uncias octo.  
 Digere igne arenæ ad sulphuris dissolutionem. Oleum  
 rubescet, quod vasis refrigeratis decanta & serva.  
 Loco olei Terebinthinæ usurpari potest oleum Anisi, Suc-  
 cini, Nucum, & erit *Balsamum sulphuris anisatum*, aut *suc-  
 cinatum*, aut cum oleo Nucum paratum.

## BALSAMUM SATURNI.

**R.** Salis Saturni, . . . . . uncias octo.  
 Mitte in matrarium, affunde spiritum Terebinthinæ  
 ad eminentiam quatuor digitorum. Digere igne arenæ leni  
 per viginti-quatuor horas, donec colorem exquisitè rubrum  
 acquisierit; liquorem decanta. Superstiti materiæ affunde  
 alterum spiritum Terebinthinæ, digere ut supra, decanta.  
 Liquores misce in cucurbitâ vitreâ; vaporent ad medias. Su-  
 perstes liquor Balsamum erit Saturni.


BALSAMUM LECTORENSE,  
 VULGÒ de Leitour.

**R.** Oleorum essentialium rectificatorum  
 Lavandulæ, . . . }  
 Terebinthinæ, . . } ana unciam unam.  
 Petrolei, . . . }  
 Juniperi, . . . }  
 Caryophyllorum, }  
 Olei essentialis Benzoini per retortam elicitæ, &  
 Balneo-maris rectificati, . . . . . semi unciam.  
 Oleorum Macis, . . . . . }  
 Nucis Moschatae, . . . . . } ana drachmas duas.  
 Camphoræ, . . . . . }  
 Croci pulveratorum, . . . . . } ana drachmam unam.

F f ij

Mofchi,  
 Ambari Cineritii pulvera- } ana femi drachmam.  
 torum,

Capitum Bufonum præparatorum, drachmas duas.  
 Mitte in matratium capaciffimum ritè obturatum. Dige-  
 gere per quatuor dies calore folis vel fimi equini, fingulis  
 diebus pluries movendo, & factum erit Balsamum.



## B U T Y R A.

### B U T Y R U M A N T I M O N I I.

**R.** Reguli Antimonii, . . . . . uncias sex.  
 Mercurii sublimati corrosivi, . . . . . uncias sexdecim.  
 Tere in mortario marmoreo. Distilla per retortam vi-  
 tream brevioris & latioris colli igne arenæ, per gradus au-  
 gendo. Butyrum Antimonii instar glaciæ egredietur, li-  
 quandum admoto carbone candente, si fortè concrefcatur in  
 collo. Butyrum exceptum rectificabis, & in vase ritè obtu-  
 rato fervabis; quod per tempus liquidum evadet, & erit  
 oleum Antimonii.

Nota, quòd si volueris cum Butyro Antimonii Cinnaba-  
 rim elicere, Butyrum conficies ex unâ parte Antimonii crudi  
 & duabus sublimati corrosivi, procedendo ut suprâ.

### B U T Y R U M S A T U R N I.

**R.** Aceti Saturni, . . . . . quantum volueris.  
 Mifce fenfim & agita in mortario marmoreo cum  
 olei Rosacæ aut alijs quantitate fufficienti, ad debitam nu-  
 trici confiftentiam.



SALUB. FACULTATIS PARISIENSIS. 129

BUTYRUM CERÆ.

Vide *OLEUM CERÆ*, pag. 224.

BUTYRUM E NUCLEIS CACAO.

Vide *OLEUM E NUCLEIS CACAO*, pag. 129.



FLORES.

FLORES SULPHURIS.

**R.** Sulphuris communis contriti, . quantum volueris.  
Inde cucurbitæ suo capitello vitreo instructæ ( vel idoneis vasculis sibi invicem superpositis, vulgò *Aludels*) igne arenæ sublima; identidem capitellum renova & flores collige, donec totum sulphur, relictis in fundo sæcibus, ascenderit.

FLORES BENZOINI.

**R.** Benzoini electi crassiusculè contriti, . quantum volueris.  
Mitte in ollam fictilem desuper ritè adaptato corniculo papyraceo in modum capitelli; igne leni fiat sublimatio. Refrigerato vase & corniculo, flores albos obtinebis singulis horis colligendos, donec flavi succedant.

FLORES SALIS AMMONIACI.

**R.** Salis Ammoniaci. . . . } ana quantum  
          Communis decrepitati, . . } volueris.  
Simul pulverata inde cucurbitæ capitello suo instructæ, subjiçiaturn ignis primùm lenis, dein augeatur, & obtinebis flores albos.

F f iij

Nota, Hos flores obtineri posse absque additione salis marini, usurpando saltem Ammoniacum depuratum & exsiccatum.

FLORES SALIS AMMONIACI MARTIALES,  
SIVE ENS MARTIS.

**R.** Salis Ammoniaci pulverati, . . . semi libram.  
Limaturæ Martis, . . . uncias quatuor.  
Misce & expone per viginti-quatuor horas aëri humido.  
Sublima in vase idoneo. Flores elicitos ex residuo pulverato bis ter-ve cohoba.

Nota. Si loco Limaturæ ferri lapidem hæmatitem adhibeas ad pondus æquale salis Ammoniaci, emergent tunc flores hæmatiteos.

FLORES ANTIMONII RUBRI.

**R.** Antimonii crudi, . . . } ana uncias quatuor.  
Salis Ammoniaci, . . . }  
Tere seorsim. Tum simul mixta inde cucurbitæ terreæ. Apposito capitello vitreo receptaculo instructo, post digestionem igne moderato sublima per duas tres-ve horas, dum tota ferè massa ascenderit. Exemptos flores edulca ex aquâ tepidâ aliquoties renovandâ. Lotiones floribus admixtis trajice per chartam, & pulverem chartæ insidentem exsicca.

FLORES ANTIMONII NIVEI  
ET SPLENDENTES.

**R.** Reguli Antimonii crassiusculè pulverati, . . . quantum volueris.  
Mitte in ollam fictilem non vitratam. Intra vas admove operculum exiguo foramine pervium in centro, & duobus circiter digitis à materiâ subjectâ distans. Tum altero operculo vas obtege. Vas colloca super fornace tali igne subjecto ut liquefiat regulus, & incandescat vasis fundum.



## SALUB. FACULTATIS PARIENSIS. 231

Horâ tranſactâ ceſſet ignis. Refrigerato vaſe, utrumque remove operculum, & invenies reguli ſuperficiem floribus nivis inſtar reſperſam. His collectis proceſſum ſuprà dictum toties repete, donec totus ferè regulus in flores abierit.

## E N S V E N E R I S.

**R.** Vitrioli Veneris optimè reverberati & loti, . . . ſemi libram.  
 Salis Ammoniacy, . . . libram unam.  
 Digere. Sublima ſecundùm artem, bis vel ter cohobando. Flores exceptos flavefcentes ſerva in vaſe idoneo.

## SUBLIMATUS CORROSIVUS.

**R.** Mercurii è Cinnabari redivivi, . . . uncias duodecim.  
 Mitte in matrarium. Affunde Spiritûs Nitri optimi, . . . uncias quatuordecim.  
 Impone arenæ tepenti ad abſolutam diſſolutionem.  
 Hanc decapula in cucurbitam vitream. Igne arenæ leni vaporet ad ſiccitatem. Maſſam ſuperſtitem in mortario marmoreo pulvera. Miſce  
 Vitrioli ad albedinem calcinati, . . . } ana uncias  
 Salis marini decrepitati, . . . } duodecim.  
 Mixturam inde in matrarium triplo capaciſ, quod mediâ ſui parte demergatur in arenam. Suppone ignem per gradus ad ſummum urgendum. Duodecim circiter horarum ſpatio, mercurius vaſis lateribus adhærens ſublimabitur.

## MERCURIUS SUBLIMATUS DULCIS.

**R.** Mercurii ſublimatei corroſivi, . . . uncias octo.  
 Mercurii crudi è Cinnabari redivivi, uncias ſex.  
 Sublimatum tere in mortario marmoreo admixcendo identidem mercurium crudum, donec penitùs fiat inconſpicuus. Divide in ampullas igni arenæ ſuperpoſitas, ignem per gradus augendo ſublimationem aggredere. Mercurium poſt aliquot horas vaſorum lateribus hærentem exime. Eundem à ſordibus ſeparatum tere. Sublima iterùm ex aliis ampullis.



Sublimationes sexies saltem repete, aut usquedum sub lingua nullum corrosionis indicium deprehendatur.

### PANACEA MERCURIALIS.

**R.** Mercurii dulcis, . . . . . uncias sex.  
Lævigatum in mortario marmoreo mitte in ampullam vitream capacem arenæ impositam, igne leni primùm, posthac per gradus augendo sublima. Sublimatione peractâ ampullam refrigeratam frange. Sublimatum [facilè exemptum iterùm læviga. Sublima ex aliâ ampullâ, idque septies, facibus semper abjectis. Sublimato, lævigato, & cucurbitæ vitreæ indito, affunde spiritum vini rectificatum, & aliquot resinosis aromatum partibus imprægnatum, ad quatuor digitorum eminentiam. Digerantur per quindecim dies, massam sæpiùs in die agitando. Tum vasis refrigeratis, spiritum vini per inclinationem effunde. Panaceam exime & exsicca.

### MERCURIUS VIOLACEUS.

**R.** Florum Sulphuris, . . . . . uncias quatuor.  
Mitte in vas terreum. Liquefiant. Remoto ab igne vase sensim adde

Mercurii ex Cinnabari redivivi, . . . . . uncias sex.

Salis Ammoniaci pulverati, . . . . . uncias quatuor.

Spathâ ferreâ omnia move & misce. Fluentem adhuc materiam extrahe. Ubi refrixerit, pulvera, & matratio capaci indito. Sublima, igne sensim aucto ad tertium gradum.

Disruptis vasis flores albos exime & rejice. Substratam materiam omnem pulvera, & in matratio iterùm sublima. Idem adhuc bis repete, & habebis massam supernè luteam & levem, infernè verò ponderosam, nigricantem, quandoque violaceam. Hanc portionem super porphyritem læviga, & erit Mercurius violaceus, quem spiritu vini superacceso edulcorabis.

### TINCTURÆ.

•••••

## TINCTURÆ.

### TINCTURA MYRRHÆ.

**R.** Myrrhæ electæ contritæ, . . . uncias quatuor.  
 Mitte in vas vitratum. Affunde  
 Spiritûs vini rectificati, . . . uncias duodecim.  
 Obturato vase digere igne arenæ per aliquot dies, iden-  
 tidem agitando, donec spiritus vini ritè saturatus fuerit.  
 Tincturam per aliquod tempus suo cum magmate serva.

*Eodem modo parabuntur*

Tincturæ Aloës,  
 Croci forficibus concisi,  
 Coccinellæ,  
 Succini in alkool redacti,  
 Castorei,  
 Benzoini,  
 Storacis,  
 Balsami Tolutani,  
 Cinnamomi,  
 Caryophyllorum Indicorum,  
 Kinækinæ,  
 Contrayervæ,  
 Cascarillæ,  
 Asari, & similia.

### TINCTURA LACCÆ.

**R.** Gummi Laccæ recens suis è baccillis exemptæ, . . .  
 unciam unam.  
 Aluminis usti, . . . drachmam unam.  
 Spiritûs ardentis Cochleariæ, . . . uncias octo.  
 Digere in arenâ donec Tinctura rubedine saturata appa-  
 reat, quam decanta & serva.

Gg



## TINCTURA SALIS TARTARI.

**R.** Salis Tartari, . . . quantum volueris.  
Liquefiat in crucibulo igne acerrimo. Tum in mortarium calens effusum illicò contundatur. Pulveratum mitte in matrarium. Affunde spiritum vini rectificatum ad eminentiam duorum digitorum. Digere igne arenæ per viginti quatuor horas, vale ritè obturato. Tincturam rubicundam decanta.

## TINCTURA CORALLIORUM.

**R.** Fragmenta Corallii rubri, . . . quot volueris.  
Superaffunde Spiritus Mellis, . . . quantitatem sufficientem.  
Digere ex arenâ. Solutionem decanta. Eidem Corallio alterum affunde spiritum Mellis; digere, decanta ut suprâ. Hæc pluries repete. Solutiones omnes misceantur, & vaporent ferè ad siccitatem. Extracto superstiti affunde spiritus vini rectificati sufficientem quantitatem, & digere, donec rubicundissimus liquor extrahatur qui ad medias circiter vaporet.

## TINCTURA, SEU ESSENTIA AMBRÆ.

**R.** Ambræ griseæ, . . . drachmam unam.  
Spiritus Rosarum ardentis re- }  
ctificatissimi, . . . } ana unciam unam  
Vini Tartarisati, . . . } & semis.  
Misce. Digere Balneo- maris. Fiat Tinctura.

## TINCTURA, SEU ESSENTIA REGIA.

**R.** Ambræ griseæ, . . . scrupulos duos.  
Moschi, . . . scrupulum unum.  
Zibethi, . . . grana decem.



## SALUB. FACULTATIS PARISIENSIS. 235

Olei Cinnamomi, . . . . . guttas sex.  
Ligni Rhodii, . . . . . guttas quatuor.

Excipiantur omnia

Salis Tartari, . . . . . femi drachmâ.

Misce optimè donec omnia unita sint. Dein adde

Spiritus ardentis rectificati, . . . . .  
Rosarum, . . . . . } ana unciam  
Florum Arantiorum, . . . . . } unam & semis.

Digere in loco calido per aliquot dies identidem agitando. Deinde liquorem à facibus subsidentibus per inclinationem separa.

## TINCTURA STOMACHICA.

**R.** Cinnamomi acuti, . . . . . uncias duas.  
Caryophyllorum, . . . . . }  
Nucis Moschatae, . . . . . } ana unciam unam.  
Croci, . . . . . }  
Macis, . . . . . femi unciam.  
Calami aromatici, . . . . . drachmas sex.  
Corticem externam recentem Citreorum . . . . .  
numero . . . . . quatuor.  
Arantiorum amarorum, numero . . . . . duorum.

Contundenda contundantur, incidantur incidenda, & infundantur in

Spiritus vini rectificati . . . . . libris tribus

Identidem agitando per aliquot dies, ut extrahatur Tinctura usui servanda.

## TINCTURA STOMACHICA AMARA.

**R.** Radicis Gentianæ, . . . . . unciam unam.  
Croci, . . . . . femi unciam.  
Corticem externam Arantiorum amarorum numero . . . . . sex.  
Coccinellæ, . . . . . drachmam unam.  
G g ij

Aquæ vitæ, . . . . . libras duas,  
Macerentur per triduum identidem agitando ad extrahendam Tincturam usui servandam.

## TINCTURA ABSINTHII.

**R.** Summitatum floridarum Absinthii siccatarum à stipitibus mundatarum, . . . . . uncias quatuor.  
Spiritus vini rectificati, . . . . . libram unam & semis.  
Digere igne leni per dies aliquot. Cola cum expressione & serva.

*Simili modo parantur*

Tincturæ Scordii,  
Rutæ,  
Florum Hyperici,  
Chamæmeli, &c.

TINCTURA ABSINTHII COMPOSITA,  
VULGÒ QUINTA ESSENTIA.

**R.** Foliorum siccatorem Absinthii majoris, . . . . .  
. . . . . drachmam unam.  
. . . . . minoris, . . . . .  
. . . . . drachmas tres.  
Caryophyllorum, . . . . . drachmas duas.  
Sacchari Candî, . . . . . drachmam unam.  
Ambaræ griseæ, . . . . . grana octodecim.  
Spiritus vini rectificati, . . . . . uncias quatuor.  
Digere per quindecim dies calore Balnei-maris. Cola & serva.

TINCTURA LAVANDULÆ,  
VULGÒ AQUA VITÆ LAVANDULÆ.

**R.** Summitatum floridarum Lavandulæ, . . . . .  
. . . . . quantum volueris.  
Mitte in matratium. Superaffunde aquam vitæ ad eminentiam quatuor digitorum. Vas obtura digere ad solem, & serva.

SALUB. FACULTATIS PARIENSIS. 237.

*Simili modo preparantur*

Tincturæ Rorismarini,  
 Salviæ,  
 Florum integrorum Coronæ folis,  
 Arantiorum,  
 Baccarum Juniperi.

SPIRITUS LAVANDULÆ COMPOSITUS,  
 SEU ELIXIRIUM.

**R.** Ligni Santali citrini, . . . drachmas duas.  
 Cinnamomi, . . . }  
 Macis, . . . } ana semi  
 Nucis Moschatæ, . . . } drachmam.  
 Seminum Cardamomi minoris, . . . }  
 Cubebarum, . . . }  
 Rosarum rubrarum, . . . drachmam unam.  
 Coccinellæ, . . . scrupulos duos.  
 Omnia pulverata digerantur calore Balnei-maris, per  
 viginti-quatuor horas in  
 Spiritus florum Lavandulæ, . . . unciis decem.  
 Rorismarini, . . . }  
 Liliorum con- }  
 vallium, . . . } ana unciâ unâ,  
 Salviæ, . . . }  
 Sambuci, . . . }  
 Arantiorum, } ana drachmâ unâ.  
 Citreorum, }  
 Aquæ generalis, . . . unciis sex.  
 Melissæ compositæ, . . . unciâ unâ.  
 Colaturæ adde  
 Essentiæ Ambræ griseæ, . . . guttas tres.  
 Fiat Elixirium.

G g iij





## ELIXIRIUM STOMACHICUM.

℞. Spiritus carminativi Sylvii, . . . . . uncias tres.  
 Menthae, . . . . . uncias quinque.  
 Aquæ Cinnamomi, . . . . . } ana unciam unam.  
 Florum Arantiorum, . . . . . }  
 Tincturæ Absinthii, . . . . . uncias quatuor.  
 Misce, fiat Elixirium.

ELIXIRIUM CORDIALE ET STOMACHICUM,  
 VULGÒ de Garus.

℞. Aloës, . . . . . uncias duas & semis.  
 Myrrhæ, . . . . . semi unciam.  
 Croci Orientalis, . . . . . drachmas duas.  
 Cinnamomi acuti, . . . . . } ana scrupulum unum.  
 Caryophyllorum, . . . . . }  
 Nucis Moschatae, . . . . . }  
 Mitte in matrarium. Affunde  
 Spiritus vini rectificati, . . . . . libras duas.  
 Aquæ communis, . . . . . uncias duas.  
 Digere, ut artis est, per duodecim horas. Distilla Bal-  
 neo-maris ad siccitatem. Tum

℞. Spiritus distillati, . . . . . } ana partem  
 Syrupi capillorum Veneris, . . . . . } æqualem.  
 Aquæ essentialis florum Arantiorum, quantum satis.  
 Misce, & post aliquot dies decanta. Fiat Elixirium.

SPIRITUS CARMINATIVUS DE TRIBUS,  
 vulgò MIXTURA SIMPLEX DE TRIBUS.

℞. Spiritus Theriacalis camphorati, . . . . . uncias decem.  
 Vitrioli, . . . . . uncias duas.  
 Tartari rectificati, . . . . . uncias sex.  
 Digere in matrario ritè obturato per tres septimanas, &  
 uniantur exactissimè.

## LAUDANUM LIQUIDUM.

**R.** Opii selecti in taleolas secti, . . . . . uncias duas.  
 Croci, . . . . . unciam unam.  
 Cinnamomi, . . . . . } ana drachmam  
 Caryophyllorum pulveratorum, } unam.  
 Mitte in vas idoneum. Affunde  
 Vini Hispanici, . . . . . libram unam.  
 Digere per aliquot dies, Balneo-maris, vas identidem  
 agitando. Cola & serua.

## GUTTÆ ANGLICANÆ ANODYNÆ.

**R.** Corticis Sassafras . . . . . } ana unciam unam.  
 Radicis Asari, . . . . . }  
 Ligni Aloës, . . . . . femi unciam.  
 Opii selecti, . . . . . drachmas tres.  
 Salis volatilis Cranii, . . . . . } ana femi  
 Sanguinis humani, . . . . . } drachmam.  
 Spiritus vini rectificati, . . . . . libram unam.  
 Digere Balneo-maris per viginti dies. Decanta & serua.

## LIQUOR CORNU CERVI SUCCINATUS.

**R.** Spiritus volatilis Cornu Cervi rectificati, . . . . . quantum volueris.  
 Adde per vices  
 Salis volatilis Succini, . . . . . quantitatem sufficientem  
 ad punctum saturationis.  
 Digerantur per biduum in vase clauso, Balneo-maris,  
 & serua.

TINCTURA



TINCTURA METALLORUM,  
SIVE LILIUM PARACELSI.

**R.** Reguli Veneris, . . . }  
Jovis, . . . } ana uncias quatuor.  
Antimonii Martialis, }

Pulverati & mixti simul liquefiant in regulum, secundum artem. Huic pulverato admisce

Nitri purissimi, . . . } ana libram unam  
Tartari pulveratorum, . . . } & uncias duas.

Projice per vices in crucibulum, & detonent. Tum igne vehementissimo liquentur. Materiam ex crucibulo extractam pulvera, quam adhuc calentem mitte in matratium, & illicò superaffunde

Spiritûs vini rectificati, . sufficientem quantitatem.

Digere per aliquot dies igne arenæ, identidem agitando; & saturata Tinctura eliciatur.

TINCTURA ANTIMONII.

**R.** Antimonii crudi pulverati, . . . uncias tres.  
Salis Tartari, . . . uncias sex.

Seorsim pulverata & mixta liquentur, in crucibulo coperto per horam, igne forti. Materiam effunde in mortarium ferreum calefactum, & in pulverem redige, quem adhuc calentem mitte in matratium, & illicò superaffunde

Spiritûs vini rectificati, . sufficientem quantitatem.

Digere igne arenæ, per aliquot dies, identidem agitando. Liquor intensè coloratus decantetur ad usum.

TINCTURA MARTIS TARTARISATA.

**R.** Limaturæ ferri nitidæ, . . . uncias sex.  
Tartari albi pulverati, . . . libram unam.

Mitte in ollam ferream capacissimam superaffunde

Aquæ pluvialis, . . . quantitatem sufficientem.

H h

Fiat massa per viginti-quatuor horas reponenda. Tum adde

Aquæ pluvialis, . . . . . libras duodecim.  
Bulliant omnia saltem per horas duodecim; identidem agita, addendo aquam ferventem.

Ebullitione factâ, quiescant. Supernatans liquor decantetur, filtretur, vaporet ad consistentiam Syrupi liquidioris. Tum adde

Spiritus vini rectificati, . . . . . unciam unam  
ad mucorem & situm quem illa Tinctura citò contrahit ar-  
cendum, & Martis præcipitationem præcavendam. Serva  
ad usum.

#### TINCTURA MARTIS LUDOVICI.

**R.** Vitrioli Martis ad albedinem calcinati, } ana uncias:  
Cremoris Tartari pulveratorum, . . . } quatuor.  
Aquæ pluvialis, . . . . . libram unam & semis.

Bulliant in vase idoneo identidem agitando spathâ lignea, donec mellis consistentiam acquisierint. Massam hanc mitte in matratium, & superaffunde spiritum vini rectificatum ad eminentiam quatuor digitorum.

Digere igne arenæ, & Tinctura supernatans percoletur. Residuum cum novo spiritu vini tractatur, ut prius. Idque protrahitur quamdiu tingitur rubedine spiritus. Tincturas omnes simul misce, & serva ad usum.

#### TINCTURA MARTIS MYNSICHTI.

**R.** Florum Salis Ammoniaci chalybeatorum, . . . . . quantum volueris.

Spiritus vini rectificati, . . . . . quantitatem sufficientem.  
Tincturam extrahe secundum artem.

*Simili modo paratur*

Tinctura Hæmaticæ,



## TINCTURA AURI, SEU AURUM POTABILE.

**R.** Auri purissimi, . . . . . semi drachmam.  
 Aqua Regia, . . . . . uncias duas.  
 Fiat dissolutio. Solutioni affundatur  
 Olei essentialis Rorismarini, . . . . . uncia una.  
 Liquores confusi agitentur, postea reponantur. Subsidi-  
 debit aqua Regia auro spoliata: Oleum verò Rorismarini  
 flavo colore tinctum, & auro imprægnatum supernatabit.  
 Oleum ab aquâ Regiâ ritè separetur, misceatur cum  
 Spiritus vini rectificati, . . . . . unciis quinque.  
 Digerantur simul in loco tepido per mensem. Mistura pur-  
 purascentem colorem acquirat.

## ACETUM SATURNI ET SAL.

**R.** Plumbi albi pulverati, . . . . . quantum volueris.  
 Inde in vas vitreum, affunde  
 Acetum distillatum ad eminentiam quatuor digitorum.  
 Effervescentiâ peractâ, digere igne arenæ per tres dies iden-  
 tidem agitando, liquorem decanta. Superstiti materiæ af-  
 funde acetum, digere, decanta ut supra; Liquor primò  
 decantatus est *Acetum Saturni*.  
 Sal ut obtineas, liquores omnes decantati vaporent lento  
 igne ad pelliculam, & in loco frigido repositi in crystal-  
 los concrecant; evaporationem & crystallisationem repete.  
 Crystallos omnes sicca & serva.





## S A L I A.

## S A L I A E S S E N T I A L I A.

**R.** Plantæ cujusvis virentis, . . . quantum volueris. Concisam & contusam subjice torculari; exprime succum, trajice per manicam; vaporet ad quartam circiter portionem liquoris superstitem. Quiescat in cellâ, donec concrescant crystalli. Collige. Evaporationem & crystallifationem repete, donec omnes crystallos exhauseris.


Nota, herbas viscosas igne leni emolliendas esse, antequam prælo committantur; atque etiam ficciores ex aqua sufficienti quantitate elixandas.

Non absimili modo Salia Essentia preparantur ex succis fructuum.

## S A L, S I V E S A C C H A R U M L A C T I S.

**R.** Seri Lactis clarificatissimi, . . . quantum volueris. Vaporet ad pelliculam in vase vitreo, Balneo-maris. Repone in cellâ ut concrescant crystalli, aquâ frigidâ abluendæ.





## SALIA FIXA ACIDA.

## GILLA VITRIOLI.

**R.** Vitrioli albi, . . . . . uncias quatuor.  
Dissolutum in aquâ filtra. Vaporet igne arenæ in  
vasè vitreo ad pelliculam. Tum reponè ad crystallifationem.

## VITRIOLUM CALCINATUM ET COLCOTHAR.

**R.** Vitrioli viridis, . . . . . quantum volueris.  
Calcinetur in vase ferreo; evadet massa ex albo  
cineritia, & erit *vitriolum ad albedinem calcinatum*.  
Si intentiori igne urgeatur, colorem induet rubrum, &  
erit *Colcothar*.

Nota, quod æstivo tempore sub æstuantis solis ardore  
Vitriolum calcinari potest, tumque sumitur Vitriolum Ro-  
manum, & sic præparatum, dicitur vulgò *Pulvis Sympathi-*  
*cus*.

## SAL VITRIOLI.

**R.** Colcotharis, . . . . . libras sex.  
Affunde  
Aquæ ferventis, . . . . . quantum satis.  
Stent per diem sæpiùs agitando. Bulliant parùm. Quietè  
subsident. Decanta. Alteram aquam affunde. Digere, de-  
canta ut suprà, idque pluries.  
Solutions omnes misce, cola per chartam bibulam. Va-  
porent ad siccitatem, Sal residuum serva.

H h iij

## SAL MARTIS RIVERII.

**R.** Spiritus vini rectificati, . . . . . semi libram,  
 Olei Vitrioli, . . . . . uncias quatuor.  
 Commixta repone per dies aliquot in sartagine ferreâ  
 inexpertâ ad concretionem & siccitatem salis emerfuri, quod  
 abrafum ferva.

## SAL, VEL VITRIOLUM MARTIS.

**R.** Limaturæ ferri, . . . . . libram unam.  
 Aquæ communis, . . . . . libras quatuor.  
 Spiritus Vitrioli, . . . . . libram unam & semis.  
 Mitte in matratium amplum. Stent ad ignem arenæ per  
 viginti-quatuor horas, sæpius agitando. Decanta. Filtra.  
 Vaporet liquor in balneo sicco ad pelliculam, tandem in  
 loco frigido concrefcant cryftalli.  
 Collectis cryftallis, repetantur decantatio, filtratio, eva-  
 poratio, concretio, donec nullæ fiant cryftalli.

## CRYSTALLI LUNÆ.

**R.** Argenti puriffimi vulgò *de coupelle*, . . . . . uncias duas.  
 Solve in  
 Spiritus Nitri optimi, . . . . . unciis sex.  
 Fiat evaporatio igne leni ad quartæ partis conſumptio-  
 nem. Reponere ad cryſtallifationem; repete donec cryſtallos  
 omnes exhaufèris.

## LAPIS INFERNALIS.


**R.** Cryſtallorum Lunæ, . . . . . quantum volueris.  
 Mitte in crucibulum germanicum amplum; leni igne  
 tumet primùm materia, tum ſubſidet, dein aucto igne in-  
 tar olei liqueſcit. Effunde in modiolum fuſorium (gallicè *lin-  
 gotiere*) priùs calefactum ſeboque litum. Concreta maſſa  
 eximatur & ſervetur in vaſe ritè obſerato & loco ſicco.



## ALUMEN TINCTUM.

**R.** Aluminis rupei, . . . . . uncias duas.  
Sanguinis Draconis, . . . . . unciam unam.  
Liquefiat Alumen in scutella super prunas. Illicò adde Sanguinem Draconis tenuissimè pulveratum. Agita suprà ignem lentum, donec ritè misceantur. Refrigeratam massam serua.

Vel ex eâdem adhuc calente formentur pilulæ.



## SALIA ALKALIA.

## SAL TARTARI.

**R.** Tartari crudi triti, . . . . . quantum vis.  
Corniculis papyraceis madentibus include; fiat stratum super stratum cum carbonibus. Igne aperto calcina ad albedinem. Ex massâ calcinatâ fiat lixivium, filtra, vaporet ad siccitatem.

## OLEUM TARTARI PER DELIQUIUM.

**R.** Salis Tartari, . . . . . quantum vis.  
Exceptum paropside fictili reponè in loco humido; facefcet in liquorem, quem filtratum serua.

## NITRUM FIXATUM.

**R.** Nitri purissimi, . . . . . libram unam.  
Liquefcet in crucibulo capaci. Projice Carbonis pulverati, . . . . . cochlear unum.  
Peractâ detonatione alterum cochlear projice. Repete, donec Nitrum nec ampliùs fluat, nec detonet. Nitrum adhuc calens è crucibulo exemptum aquâ calente solve, filtra, vaporet ad siccitatem, & obtinebis Nitrum Fixatum.





## S A P O N E S.

## S A P O A L B U S.


**R.** Calcis vivæ frustulatim effractæ, . libras quinque.  
Cinerum Kali Hispanici pulverati, . libras decem.  
Bulliant in vase ferreo cum  
Aquæ communis, . . . . . sufficienti quantitate.  
Coletur lixivium. Vaporet usquedum vas continens  
aquæ communis drachmas octo contineat hujus lixivii con-  
centrati drachmas undecim. Tum repone ad subsidentiam in  
vase vitreo clauso.

**R.** Hujus lixivii, . . . . . partem unam.  
Olei Amygdalarum dulcium, vel  
Olivarum, . . . . . partes duas.  
Misce in vase terreo vitrato sapius agitando spatulâ li-  
gneâ, donec materia spifcescat. Post aliquot dies identi-  
dem agitato, in Saponem coalescet.

## S A P O T A R T A R E U S.

**R.** Nitri ex Tartaro fixi calentissimi, . . . . . semi libram.  
Citò in pulverem tenuissimum in mortario ferreo  
calente redige. Postea mitte in ollam fictilem. Affunde  
Spiritus Terebinthinæ circiter . . . . . uncias quatuor.  
Agita spathâ lignèâ aut eburnèâ. Vas papyro obtege.  
Sufficientem Spiritus Terebinthinæ quantitatem cras affur-  
de. Idque toties repete (materiam identidem movendo)  
dum sal spiritu Terebinthinæ penitus saturatum fuerit, & in  
unam eandemque substantiam coierit. Tunc habebis massam  
mollem, albicantem & unguinosam.





## SALIA NEUTRA.

### TARTARUS SOLUBILIS, SAL VEGETABILE DICTUS.

**R.** Salis Tartari, . . . . . uncias sex.  
 Dissolve in  
 Aquæ communis calentis, . libris quatuor & semis.  
 Tum adde  
 Cremoris Tartari tenuissimè pulverati circiter, . . .  
 . . . uncias duodecim scilicet ad punctum saturationis.  
 Bulliant leviter. Liquorem refrigeratum cola. Vaporet ad  
 siccitatem vel ad pelliculam, ut crystalli concrecant.

### SAL POLYCHRESTUM SOLUBILE, vulgò DE SEIGNETTE.

**R.** Cinerum Kali Alicantini, . . . quantum volueris.  
 Ex his secundum artem lixiviorum ope extrahatur  
 Sal, quod ad fusionem calcina, ut ex eo sulphur auferatur.  
 Solve & filtra, crystallos obtinebis albas & purissimas. Tum

**R.** Cremoris Tartari, . . . . . uncias viginti.  
 Superaffunde  
 Aquæ bullientis, . . . . . libras quatuor,  
 & adde  
 Crystallorum Kali circiter, . . . . . libram unam,  
 vel . . . . . quantum sufficit  
 ad punctum saturationis. Tunc solutio vaporet Balneo-ma-  
 ris, filtra & repone in loco frigido ut concrecant crystalli.

## TERRA FOLIATA TARTARI.

**R.** Salis Tartari purissimi, . . . . . partem unam;  
 Inde in cucurbitam vitream. Affunde  
 Spiritûs Aceti acerrimi circiter . . . partes sexdecim,  
 scilicet ad punctum saturationis. Vaporet igne lenissimo,  
 vel distilletur ad siccitatem. Perfectè saturatum erit sal, si  
 huic affusum acetum non ampliùs fermentescat; sin minùs  
 iterùm affunde Spiritûs Aceti sufficientem quantitatem ad  
 punctum saturationis, & procede ut suprâ. Tum massam  
 solve in

Spiritûs vini, . . . . . sufficienti quantitate.

Filtra, vaporet ad siccitatem. Solutionem & evaporatio-  
 nem repete, donec materia supersit sicca & foliacea.

## TARTARUS CHALYBEATUS.

**R.** Tartari albi crudi pulverati, . . . . . libram unam.  
 Limaturæ ferri præparatæ, . . . . . uncias quatuor.  
 Misce. Bulliant in  
 Aquæ communis circiter . . . . . libris duodecim;  
 Soluto Tartaro liquorem calidè filtra per manicam.  
 Repone in cellâ ut crystalli concrevant. His exemptis  
 bulliat iterùm liquor, vaporet ad pelliculam, procede ut  
 suprâ, donec omnes crystallos obtinueris.

## TARTARUS CHALYBEATUS SOLUBILIS.

**R.** Tartari solubilis, . . . . . uncias quatuor.  
 Tincturæ Martis tartarificatæ, . . . . . libram unam.  
 Vaporent simul igne arenæ in vase ferreo vitrato ad sic-  
 citatem. Residuum sal in vase ritè obturato serva.

Nota. Parari potest cum Sale Polychresto solubili, &  
 tunc difficiliùs liquefcit.

## TARTARUS EMETICUS.

**R.** Vitri Antimonii, . . . . . } ana semi libram.  
 Hepatis Antimonii cum ejusdem  
 feoriis, . . . . . }  
 Cremoris Tartari, . . . . . libram unam.  
 Fiat Pulvis. Inde in ollam fictilem vitratam cum  
 Aquæ communis, . . . . . sufficienti quantitate  
 Bulliant per horas duodecim, addendo identidem aquam  
 ferventem. Calens liquor filtretur, vaporet ad siccitatem.

## PANACEA ANTIMONIALIS.

**R.** Butyri Antimonii rectificati, . . . . . semi libram.  
 Cryſtallorum Tartari pulveratarum, . . . . . libram unam.  
 In matrâ permixtis affunde . . . . .  
 Aquæ communis, . . . . . libras sex.  
 Bulliant simul per horas octo; partitis vicibus instilla  
 Olei Tartari per deliquium, . . . . . libram unam.  
 Ebullitione sedatâ, calidus filtretur liquor. Vaporet ad  
 siccitatem. Repone in cellâ; liqueſcat. Filtratam liquorem in  
 vase obturato reconde.

## TARTARUS VITRIOLATUS.

**R.** Olei Tartari per deliquium, . . . . . quantum vis.  
 Inde in cucurbitam vitream. Affunde guttatim spiri-  
 tum Vitrioli rectificatum & limpidum ad punctum satura-  
 tionis. Sedatâ effervescentiâ fiat evaporatio igne leni ad  
 pelliculam. Repone in cellâ ut cryſtalli concreſcant. Lique-  
 rem effunde, vaporet denuò ad pelliculam, addendo priùs  
 nonnihil Salis Tartari. Repone ut concreſcant novæ cryſ-  
 talli. Cryſtallos omnes collectas aquâ leviter ablutas ex-  
 sicca & ſerva ad uſum. Nec Tartarus vitriolatus fervetur in  
 officinis niſi cryſtallifatus.



SAL DE DUOBUS,  
SIVE ARCANUM DUPLICATUM.

**R.** Nitri, . . . : } ana partes æquales.  
Vitrioli Martis, . . . : }  
Calcina igne aperto usquedum materia Colcotharis co-  
lorem induerit, & nulli vapores exhalent. Tum solve in  
Aqua ferventis, . . . sufficenti quantitate.  
Fitra. Affunde guttas aliquot Olei Tartari per deliquium  
ut si quæ supersint partes metallicæ præcipitentur. Iterum  
fitra & vaporet ad pelliculam ut crystalli albæ concrecant.

## SAL POLYCHRESTUM.

**R.** Nitri pulverati, . . . : } ana libras duas.  
Florum Sulphuris, . . . : }  
Mixta per vices projice in crucibulum candens, nec nova  
projiciatur materia, quin prior prorsus deflagaverit. Ab-  
solutâ deflagatione per horam ignem urge. Massam refri-  
geratam & ex aquâ calente solutam filtra. Vaporet ad pel-  
liculam, & crystallos ex arte para. Serverur etiam illud sal  
in officinis crystallifatum. Crystallorum enim figuræ salis  
indolem indicant.

## SAL MIRABILE GLAUBERI.

**R.** Salis marini ex aquâ soluti & repurgati, libram unam.  
Olei Vitrioli, . . . uncias duodecim.  
Misce in vase idoneo, & distillentur ex arenâ; prodibit  
spiritus salis. Massam in retortâ superstitem exime, & cal-  
cina igne aperto, donec nulli fumi percipiantur. Affunde  
aquam ferventem, & filtra. Solutio vaporet ad pelliculam.  
Tum quietè in crystallos concrecat.

## SAL SEDATIVUM.

**R.** Salis Colcotharis ex vitrioli distillatione superstitis,  
 unciâs duas.

Solve in

Aquæ ferventis, . . . . . quantitate sufficienti.  
 Boracis tritæ, . . . . . unciâs duas.

Solve pariter in

Aquæ ferventis, . . . . . quantitate sufficienti.

Solutiones misce. Sine residere. Filtra. Mitte in cucurbitam vitream humilem & latioris fundi. Vaporent ad pelliculam. Tunc capitellum & receptaculum adapta. Distilla igne arenæ ad siccitatem. Omnis aqua elicita abjicitur, exceptis quatuor ultimis unciis quæ servabuntur. Cum nihil humoris stillat amplius, sal volatile sublimatur nivis instar. Finitâ sublimatione, vasis refrigeratis, flores excipe. Ex unciis quatuor liquoris supra asservari fiat cohobatio cum materia in fundo cucurbitæ residuâ. Distilla & liquorem serva. Sublima ut supra, & hæc sublimatio erit priori copiosior. Cohobationes, distillationes & sublimationes repete, donec nulli amplius sublimentur flores.

Idem sal parari potest ex parte unâ olei vitrioli, loco salis Colcotharis, & ex duabus tribusve partibus Boracis aquâ communi solutis. Si post unam aut alteram sublimationem, materia superstes in aquæ communis sufficienti quantitate solvatur, filtretur, & vaporet, tunc concresecunt crystalli sub sole exsiccandæ, & aquâ limpidâ & frigidâ abluendæ. Sic obtinebis sal sedativum per crystallisationem.

Flos sive farina, quâ crystalli calore solis operiuntur, & quæ aquâ solvitur, verum est *Sal mirabile Glauberi*.

## SAL FEBRIFUGUM SYLVII.

**R.** Materiæ superstitis à distillato spiritu volatili Salis  
 Ammoniaci cum Sale Tartari, . . . . . unciâs octo.

Solve in

Aquæ calentis, . . . . . sufficienti quantitate.

Filtra. Evaporatio fiat ad pelliculam. Reponatur ad crystallisationem. Habebis Sal Febrifugum.



## SAL ET MAGISTERIUM CORALLIORUM.

**R.** Coralliorum rubrorum pulveratorum, . . . . . quantum volueris.  
 Mitte in matratium. Affunde Spiritum Aceti ad eminentiam quatuor digitorum. Peractâ effervescentiâ digere ex arenâ per duos tres-ve dies, liquorem decanta; filtra; fiat evaporatio ad siccitatem igne lenissimo, & Salem habebis; Magisterium verò, si mediante oleo Tartari ad quantitatem sufficientem, præceptis fiat pulvis albus aquâ communi dulcorandus multoties, tumque siccandus.

*Simili modo parari possunt*

Magisteria & Salia Oculorum Cancrorum,  
 Margaritarum,  
 Matris Perlarum.

## SAL SATURNI.

Vide ACETUM, vel SAL SATURNI, pag. 243.

## LAPIS DIVINUS, SEU OPHTHALMICUS.

**R.** Vitrioli cærulei Cyprini nitidi, } ana uncias sex.  
 Nitri, }  
 Aluminis rupei, }  
 Exactè pulverata & mixta inde in matratium: liquefiant ex arenâ. Liquefactis adde  
 Camphoræ pulveratæ, . . . . . drachmas duas.  
 Massa refrigerata effracto vase extrahatur & servetur.

## LAPIS MEDICAMENTOSUS.

**R.** Vitrioli ad rubedinem calcinati, . . . . . uncias duas.  
 Lithargyri, . . . . . }  
 Boli Armenæ, . . . . . } ana uncias quatuor.  
 Aluminis, . . . . . }



256      **C O D E X   M E D I C A M E N T A R I U S**

Impositis in ollâ fictili vitratâ affunde

Aceti acerrimi, . . . . . quantum satis ;  
ad supereminentiam duorum digitorum.

Vasè obturato macerentur per duos tresve dies, identidem materiam agitando. Tum adde

Salis Nitri, . . . . . uncias octo.

Salis Ammoniaci, . . . . . uncias duas.

Coque igne lento ad exsiccationem. Massam exsiccataam superstitem calcina igne vehemente per horam. Exime &amp; serva ad usum.

**C R O C I .****C R O C U S   M A R T I S ,**  
VULGÒ APERIENS.

**R.** Limaturæ ferri, . . . . . quantum volueris.  
Rori maiali exponatur ; vel aquâ pluviâ identidem irroretur, donec in rubiginem facessat, supra porphyritem lavigandam.

**C R O C U S   M A R T I S   A P E R I E N S**  
C U M   S U L P H U R E .

**R.** Limaturæ ferri nitidæ, . . } ana partes æquales.  
Florum Sulphuris, . . . }  
Ex his fiat massa cum  
Aquæ . . . . . sufficienti quantitate.

Massam hanc mitte in vas conveniens. Stet in fermentatione quinque horarum spatio. Tunc materiam igne acerrimo calcina sæpius spathâ ferreâ movendo, donec colorem purpureum acquisierit. Serva ad usum.

**C R O C U S**

## CROCUS MARTIS,

VULGÒ ASTRINGENS.

**R.** Limaturæ ferri, . . . . . quantum vis.  
In ollâ terræ igne reverberii continuo per plures  
horas calcinetur, donec in pulverem rubicundum abierit,  
qui multoties aquâ ablutus & exsiccatu lavigetur.

## GLOBULI MARTIALES.

**R.** Limaturæ ferri præparatæ, . . . . . partem unam.  
Tartari albi pulverati, . . . . . partes duas.  
Misce in cucurbitâ ; affunde aquam vitæ ad eminentiam digiti ; radiis solaribus, vel Balneo-maris digere ad siccitatem. Massæ exsiccatæ & pulveratæ iterum aquam vitæ affunde. Digere ut supra, idque toties repete, donec massâ exsiccatâ quasi resinosa appareat. Ex hac massâ globulos efformabis ad ovi magnitudinem.

## KERMES MINERALE.

**R.** Antimonii Hungarici in frustula effracti, . . . . .  
libras quatuor.  
Nitri fixati, . . . . . libram unam.  
Aquæ pluvialis, . . . . . libras octo.  
Inde in vas fictile vitratum ; bulliant per horas duas igne æquali & moderato. Liquoris ferventis duos trientes filtra. Tertio superstiti affunde  
Aquæ pluvialis ferventis, . . . . . libras quinque.  
Nitri fixati, . . . . . uncias duodecim.  
Bulliant ut supra. Filtra iterum duos liquoris trientes. Tertio adhuc superstiti affunde  
Aquæ pluvialis ferventis, . . . . . libras quinque.  
Nitri fixati, . . . . . uncias octo.  
Bulliant ut supra. Totum liquorem filtra. Misce in vase terreo omnes filtratos liquores. Quiescant per viginti quatuor horas ; liquor decantetur. Pulvis residuus rubens super  
Kk



258 . . . . . CODEX MEDICAMENTARIUS  
 papyro emporeticâ expansus edulcetur affusâ identidem  
 aquâ , donec insipida exudet. Pulvis exsiccatuſ mittatur in  
 fictile , cui affusa spiritûs vini rectificati sufficiens quantitas  
 accendatur , ut artis est , quod bis repetendum.

#### ÆTHIOPS MINERALIS.

**R.** Mercurii crudi è Cinnabari redivivi , . unciam unam.  
 . . . . . uncias duas.  
 . . . . .  
 Tere in mortario vitreo pistillo vitreo , donec mercu-  
 rius fiat inconspicuus , & pulvis intensè nigrescat.

#### CINNABARIS ANTIMONII.

**R.** Massam superstitem ex Butyro Antimonii cum unâ  
 parte Antimonii crudi & duabus sublimati corrosivi  
 confecto.

Retortâ receptaculo suo instructâ exceptam urgebis igne  
 arenæ , donec in Cinnabarim evehatur , quæ collo adhæ-  
 rens detrahetur ; ex aquâ elue ; tum novâ sublimatione re-  
 ctificata servabitur.

#### CINNABARIS FACTITIA.

**R.** Florum Sulphuris , . . . . . semi libram.  
 Liquefiant in patellâ terreâ super carbonibus. Statim  
 adde

Mercurii ex corio depluentis , . . . . . libras duas.

Agita perpetuò spathâ ferreâ , donec ambo coëant , &  
 mercurius penitus fiat inconspicuus. Massam hanc pulve-  
 ratam in mortario vitreo , sublima in vase idoneo igne aperto  
 per gradus aucto. Sublimationem semel & iterum repete.







## MAGISTERIA.

## MAGISTERIUM SULPHURIS.

**R.** Florum Sulphuris, uncijs quatuor.  
 Salis Tartari, uncijs duodecim.  
 Mixta, inde fictili vitrato. Affunde  
 Aquæ puræ, libras octo.  
 Vase cooperto bulliant, donec liquor rubescat. Solutionem filtra. Instilla acetum distillatum, & fiat Lac Sulphuris. Stet, præceps agetur pulvis albus, liquorem limpidum decanta. Magisterium hinc emergens aquâ purâ multoties elue, & in umbrâ exsicca. Quod etiam *Lac Sulphuris* dicitur.

## SULPHUR AURATUM ANTIMONII.

**R.** Scorias Reguli simplicis Antimonii.  
 Coque in aquâ uberrimâ per semihoram. Filtra. Colaturæ instilla acetum, & præcipitabitur Sulphur Auratum, quod pluries abluendum est.

## MERCURIUS PRÆCIPITATUS ALBUS.

**R.** Mercurii è Cinnabari redivivi, uncijs quatuor.  
 Spiritus Nitri, uncijs sex vel  
 sufficientem quantitatem.  
 Mercurium mitte in matratium. Affunde Spiritum Nitri.  
 Absolutâ dissolutione.

Kk ij

**R.** Aquæ communis, . . . . . libram unam.  
 Salis marini, . . . . . uncias duas.  
 Filtra. Hanc affunde dissolutioni Mercurii, fiet præcipi-  
 ratio, cui ut absolvatur adde

Aquæ communis, . . . . . libram unam.  
 Præcipitato Mercurio in pulverem album, liquorem de-  
 canta, repetitis ex aquâ purâ lotionibus pulverem edulca in  
 umbrâ siccandum.

*Simili modo paratur*

Magisterium Bismuthi.

### PRÆCIPITATUS RUBER.

**R.** Mercurii è Cinnabari rediviui, . . . . . libram unam.  
 Spiritus Nitri, . . . . . uncias octodecim vel  
 quantitatem sufficientem.  
 Mitte in matrarium Arenâ repenti impone. Dissolutione  
 peractâ fiat evaporatio ad siccitatem. Carbonibus vivis ma-  
 teriam calcina ad rubedinem intensam. Exime & serva.

### ARCANUM CORALLINUM.

**R.** Mercurii præcipitati rubri, . . . . . quantum vis.  
 Calcina in matrario per aliquot horas, dum ma-  
 trarium excandescat. Remove ab igne. Materia pulveratâ  
 affunde spiritum vini rectificatum ad eminentiam transversi  
 digiti. Accende. Hæc sæpiùs repete, sic ut singulis vicibus  
 spiritus vini ad siccitatem deflagret.

### MERCURIUS PRÆCIPITATUS FLAVUS, SEU TURPETHUM MINERALE.

**R.** Mercurii è Cinnabari rediviui, . . . . . uncias duas.  
 Olei Vitrioli rectificati, . . . . . uncias sex.  
 Mercurium mitte in retortam. Affunde oleum Vitrioli.  
 Vas impone igni arenæ, dum bulliat liquor; peractâ disso-  
 lutione vaporet ad siccitatem, aucto igne. Materiam exem-



SALUB. FACULTATIS PARIENSIS. 261  
 pram tere in mortario vitreo, tritam conjice in aquam ca-  
 lentem. Præcipitatum pulverem flavum aquæ lotionibus re-  
 petitis edulca, sicca & serva.

MERCURIUS PRÆCIPITATUS VIRIDIS.

**R.** Mercurii & Cinnabari redivivi, . . . uncias duas.  
 Cupri limaturæ, . . . . . femi-unciam.  
 Scorsim dissolve in . . . . .  
 Aquæ fortis, . . . . . quantitate sufficienti.  
 Diffolutionibus mixtis abstrahæ aquam fortem. Igne au-  
 cto materiam calcina. Exemptam & pulveratam in aceto  
 distillato digere igne arenæ per unum & alterum diem. Ul-  
 timò bulliat acetum per unam circiter horam. Filtra. Ma-  
 teriæ superstiti novum acetum distillatum adde. Digere ut  
 supra, & filtra. Liquores filtrati mixti vaporent ad mella-  
 ginis consistentiam, quæ refrigerando indurata in vase vi-  
 treo clausa servabitur.

MERCURIUS PRÆCIPITATUS PER SE.

**R.** Mercurii & Cinnabari redivivi, . . . quantum vis.  
 Inde pluribus ampullis fundo planis eâ quantitate  
 ut uniuscujusque ampullæ fundus tantummodò obtegatur.  
 Ex arenâ digere, igne sensim per gradus aucto per mensem  
 & ultra, dum veluti bulliat, & pulverem subrubrum obti-  
 nueris. In Mercurium superstitem, superiores processum  
 repetè, donec omnis Mercurius in pulverem rubicundum  
 abierit.



PULVIS ALGAROTH,  
SEU MERCURIUS VITÆ.

**R.** Butyri Antimonii rectificati, . . . . . quantum vis.  
Affunde  
Aquæ tepentis, . . . . . quantitatem sufficientem.  
Præcipitabitur Pulvis albus qui improprie Mercurius vitæ  
dicitur, alterâ aquâ pluries edulcandus, tum siccandus.

Nota. Aqua primò ad præcipationem adhibita, si seorsim  
servetur, vulgò *Spiritus Vitruvii philosophicus* dicitur.

MAGISTERIUM ET SAL CORALLIORUM.

Vide *SAL ET MAGISTERIUM CORALLIORUM*,  
pag. 255.

RESINA JALAPPÆ.

**R.** Jalappæ contusæ, . . . . . libram unam.  
Spiritus vini rectificati, . . . . . libras tres.  
Digere ex arenâ per viginti-quatuor horas. Filtra. Super  
superfici materiæ novum affunde spiritum vini. Digere ut su-  
prâ. Filtra. Repete, donec nullo colore tinctus spiritus vini  
extrahatur. Tincturæ misceantur. Vaporent ad medias. Inde  
in aquam frigidam projiciantur. Lactescet mixtura, & præ-  
ceps fiet Magisterium. Liquorem decanta. Magisterium aquâ  
ablue multoties. Exsicca & serva.

*Simili modo parantur*

|                 |              |
|-----------------|--------------|
| Resinæ Agarici, | Guayaci,     |
| Colocinthidos,  | Ligni Aloës, |
| Scammonii,      | Zedoariæ,    |
| Turpethi,       | Ladani, &c.  |
| Mechoacan,      |              |



## REGULI.

### REGULUS ANTIMONII.

**R.** Antimonii crudi, . . . . . libram unam.  
 Tartari crudi, . . . . . uncias duodecim.  
 Nitri puri, . . . . . uncias sex.

Seorsim & tenuissimè trita, mixtaque in crucibulum candens cochleatim injice, singulis vicibus detonent cooperto crucibulo. Omni detonatione peractâ augeatur ignis, donec fluida fiat materia. Hanc fluentem in conum ferreum calefactum illitumque sebo effunde. Concute conum. Solidescet materia. Regulum exime à scoriis separandum ictu mallei.

### REGULUS ANTIMONII MARTIALIS.

**R.** Apicum clavorum ferreorum, . . . . . uncias octo.  
 Antimonii Hungarici pulverati, . . . . . libram unam.  
 Clavi candescant in crucibulo, Antimonium mitte in crucibulum. Liquefiant. Projice paulatim in fusam massam Nitri, . . . . . uncias tres.

Ad fusionem perficiendam. Tum in conum sebo illitum & calefactum materiam effunde. A Scoriis Regulum separa. Teratur. Liquetur additis

Nitri, . . . . . unciis tribus.  
 Antimonii pulverati, . . . . . unciis duabus.  
 Id quod semel & iterum repete, omisso Antimonio.

## REGULUS JOVIS.

**R.** Stanni Anglicani optimi, . . . . unciās tres.  
 Reguli Antimonii triti, . . . . unciās duas.  
 Liquefiat Regulus in crucibulo. Tum injice Stannum.  
 Materiam liquatam statim effunde in conum fusorium sebo  
 litum, ut abeat in Regulum.

## REGULUS VENERIS.

**R.** Cupri purissimi, vulgò *de Rosette*, } ana unciās tres.  
 Reguli Antimonii triti, . . . . }  
 Cuprum in frustula divisum excandescat in crucibulo :  
 tum injice Regulum. Materiam liquatam effunde in conum  
 fusorium sebo litum, ut abeat in Regulum.

## CALCES ET CALCIFORMIA.

## ALUMEN USTUM.

Vide. *ALUMINIS USTIO, ET SPIRITUS, ET  
 PHLEGMA ALUMINIS*, pag. 12. & 217.

PLUMBUM USTUM,  
 SEU CALX PLUMBI.

Vide. *CALCINATIO PLUMBI*, pag. 12.

CERUSSA ET PLUMBUM  
 CALCINATUM ALBUM.

**R.** Saturni in tenues lamellas producti, . . . . :  
 quantum volueris.  
 Suspende ad perpendiculum intra vas fictile vitratum,  
 in cujus fundo fuerit acetum acerrimum fervens. Hujus va-  
 pore



SALUB. FACULTATIS PARISIENSIS. 265  
 pore solùm madeant. Obturato vase digerantur in fimo equino per tres septimanas. Saturnus pulvere albo efflorescet. Pulverem à lamellis abraade, qui erit vera Cerussa. Processum repete, si lubet; si verò omiſſà abraſione lamellæ penitùs calcinatae fuerint, ita ut albæ remaneant & fragiles, habebis Saturnum calcinatum album.

#### ANTIMONIUM DIAPHORETICUM.

**R.** Reguli Antimonii, . . . } ana ſemi-libram.  
 Nitri puriſſimi, . . . }  
 Pulverata miſce. Cochleatim injice in crucibulum candens, ſingulis vicibus detonent. Peractâ omni detonatione augeatur ignis per duas circiter horas. Iis elapſis auferatur maſſa alba adhuc calens. Refrigerata tundatur in pulverem edulcorandum aquæ frigidae lotionibus pluries repetitis, donec aqua nullo ſapore imbuatur.

#### BEZOARDICUM MINERALE:

**R.** Butyri Antimonii rectificati, . . . uncias duas.  
 Affunde  
 Spiritus Nitri optimi, . . . uncias ſex,  
 vel . . . ſufficientem quantitatem,  
 ut ceſſet efferveſcentia. Ternis cohobiis diſtilla. Calcina materiam per ſemi-horam. Aquâ ablue, ſicca, & ſerva ad uſum.

#### MAGNESIA ALBA.

**R.** Aquæ Matris Nitri, . . . quantum viſ.  
 Vaporet ad ſiccitatem. Materiam ſuperſtitem calcina, & in pulverem redactam multoties ablue aquâ tepidâ uſquedum penitùs inſipida evaſerit. Tum ſicca & ſerva.

#### ANTIHECTICUM POTERII.

**R.** Reguli Antimonii-Martialis, } ana unciam unam.  
 Stanni Anglicani, . . . }  
 Liqueſcant ſimul in crucibulo. Refrigerata comminue in

pulverem tenuem. Adde

Nitri purissimi, . . . . . uncias sex.

Simul contrita detonent in crucibulo per vices, & calcinentur ut in Antimonio Diaphoretico factum est. Materiem calcinatione ex cinereo albescentem projice in aquam calentem, post sex horas renovandam. Repete lotiones dum aqua insipida superfit. Exsiccatum pulverem serva ad usum.

#### AURUM FULMINANS.

**R.** Auri limati, . . . . . drachmam unam.  
Mitte in matratium. Affunde

Aquæ Regiæ recens factæ, . . . . . semi-unciam.

Pone in arenâ. Ebullitione peractâ dissolutionem decanta. Si quid auri superfit quod non sit solutum, affunde

Aquæ Regiæ, . . . . . quantitatem sufficientem ad absolvendam dissolutionem. Solutionibus mixtis decuplum aquæ calentis adjiciatur; dein instilla guttatim

Olei Tartari per deliquium, quantitatem sufficientem.

Fiet effervescentia cum præcipitatione. Sine residere liquorem, & effunde per inclinationem. Pulverem in fundo præcipitem aquâ tepidâ ablue, donec insipida evaserit, & exsicca.

#### TERRA DULCIS VITRIOLI.

**R.** Colcotharis, . . . . . quantum volueris.  
Infunde per aliquot horas in

Aquæ calentis, . . . . . sufficienti quantitate.

Leviter bulliat. Sine requiescat, decanta. Alteram aquam superaffunde: bulliat ut suprâ. Decanta. Idque repete, donec aqua insipida evaserit. Materia superstes exsiccata nuncupatur *Terra dulcis Vitrioli*.

#### MAGNES ARSENICALIS.

**R.** Antimonii Hungarici, . . . . . } ana uncias  
Sulphuris flavi, . . . . . } duas.  
Arsenici crystallini pulveratorum, . }



## SALUB. FACULTATIS PARISIENSIS. 267

Mixta omnia cucurbitulâ vitreâ excipiantur, igneque arc-  
næ moderato in magnesiâ colliquescant, quæ refrigerata  
servetur.

ÆRUGO,  
SIVE VIRIDE ÆRIS.

**R.** Laminas Cupri, . . . . . quot volueris.  
Stratum super stratum cum vinaceis stent donec æru-  
gine efflorescant, quam absterge & serva.

~~~~~

VITR A.

VITRUM ANTIMONII.

R. Antimonii pulverati, libram unam.
In ollâ fictili non vitratâ calcina igne leni in cine-
reum pulverem, spathâ indefinenter movendo. Hunc pul-
verem mitte in crucibulum, & igne follium colliqua. Fusam
materiam supra patinam æneam effunde. Concreset in vi-
trum Hyacinthinum, si benè successerit operatio.

HEPAR ANTIMONII.

R. Antimonii crudî, . . . } ana quantum volueris.
Nitri pulveratorum, . . . }
Misce in mortario ferreo, tum injectâ prunâ fiat deto-
natio; refrigeratâ materiâ, Hepar à scoriis separabitur.

CROCUS METALLORUM.

R. Hepatis Antimonii tenuissimè triti, quantum volueris.
Aquâ calente ablue dum insipida materia supersit.

F I N I S.

L l ij



O M I S S A
ADDENDA SUO LOCO.

Pag. 191. post AQUAM REGINÆ HUNGARIÆ.

Simili modo eliciuntur

Spiritus Lavandulæ,
Absinthii,
Thymi,
Myrthi,
Corticum Citri,
Arantiorum, &c.

SAL PRUNELLÆ, SEU CRYSTALLUS
MINERALIS.

*Pag. 253. post SALEM DE DUOBUS;
SIVE ARCANUM DUPLICATUM.*

R. Nitri puri, libras quatuor.
Mitte in crucibulum igni impositum, Nitro li-
quetfacto, injice per vices
Florum Sulphuris, semi-unciam.
Deflagratione peractâ, crucibulo parùm refrigerato, Ni-
